



I

S  
C

F

?

V I T A  
**S. BOGUMILI**  
ARCHIEPISCOPI  
GNESNENSIS  
EREMITÆ CAMALDULENSIS  
A

STEPHANO DAMALEVICO  
S.T.D.CANONICORVM REGVLARIVM  
Congregationis Lateranensis ad San-  
ctum Nicolaum Calissiensi Prepo-  
sito, & per Archidiecesim Gne-  
snensem librorum Censore Or-  
dinario ex antiquissimis  
gravium authorum  
Chronicis,

E X C E R P T A

Anno partus Virginei

*Quo*

RoMæ ALexanDer Papa Coronat opes

Rome Typis Ignatij de Lazaris, 1661.

Varsavia verò Anno Domini 1714.

R E I M P R E S S A

P. Estan Camald in Insula Virginea

IN AVITUM INSIGNE  
CELSISSIMI PRINCIPIS.



I.

Inscripti Regum trabeato Nomine FLORES,  
Cœlica sunt etiam Nomina ferre parces.  
Hoc igitur Divus cingit se Flore ROSINUS,  
Ut grato citius fragret odore Lechis.

II.

Cessit victa suas Salomonis gloria dores;  
Szembekij Floris dum radiavit Honos.  
Ast ubi Patritium junget Bogumilus odoreim  
Stellifero Numen poner in axe ROSAS.

b1 Bien. B. III. 21

A D  
CELSISSIMUM PRINCIPEM  
DOMINUM  
**D. STANISLAVM**  
**S Z E M B E K**  
ARCHIEPISCOPUM  
GNESNENSEM  
*Regni & M. D. L.*  
**P R I M A T E M**

**Q**uantum à cœlis Domus  
Tua æstimetur, jam cognoscimus  
cum sub ejus tecla & DIVI HOSPI-  
TES recipi exambiāt PRINCIPVM  
CELSISSIME. Quid enim non  
libenter petant has ædes : in nūbus  
(j.k.)      nulla

nullæ are præterquam virtutis coluntur, Crimenq; ab illis tam longè distat quam ab ipsa probitate. Vagentur alibi liberè, per palatia fastus & ambitio, pateant nonnullorum atria die noctuq; insomnibus vitijs, accumbat mensis luxus, aureis Cubilibus stertat jactantia, ludat non sine illusione conscientiæ in hortis insolentia, inter famulorum greges regnet dissolutio; tædeat multos, quin & pudeat, non convivere familiarius probris, maximumq; Magnatum putetur nefas, carere nefandis, tanquam etiam isti soles umbras admitterent; apud Te supra id maximè excubatur, ut ejusmodi turbae omnis à religiosissima aula aditus præcludatur. Cum namq; magnum sis Polonie Numen incolere non potes, nisi aut Cœlum aut templo, obsequiaq; detrectas, quæ jugum Divine & humanae legis excusserunt

serunt. Placet Tibi decor externus,  
si & animus non squalleat, non abhor-  
res sibilantia serica, si probitatem non  
exsibilent, gaudes Tuos spectare divi-  
ties, si unda non careant opibus innocen-  
tiae. Vnde si virtus terris deperiret,  
non alibi quereretur quam Domi Tuæ  
imò tu ipse à singulis, singularum vir-  
tutum Imago colereris, quarum effigiæ,  
adeo refers vivam, ut ille omnes Tu  
unus esse videaris. Quæ nobis ætas  
pieniorem Te ostendet Numam? Cu-  
jus sudoribus rigata Ecclesiæ vinea in  
dulces protuberat botros sanctimonie.  
Restituisti templis reverentiam; fati-  
scensem Divinorum honorem erexit, i  
emorientem in Clero pietatis animam  
Tuo spiritu redanimasti. Iam non u-  
nam sponsa Christi ornandæ sibi ex Tuæ  
doctrinæ floribus contexuit coronam,  
metimus uberes ex Ecclesiæ agro fru-

Elus quos Tu inseminasti, non marce-  
scunt Archidiæcœsos lilia, quia Tuâ  
indefessa coluntur sollicitudine. Nec  
mirum iniquum enim putas ad super-  
biam tantum non ad Religionis fulcrū  
Archipræsuleum gestare scipionem, Ca-  
put primis ligari tænjs, & mentem non  
esse amore superum obligatam, Crucē  
in pectore præferre, & Crucis zelum à  
corde exulare. O disti exanimes sta-  
tuas, sèpius istæ Infulis graves, purpu-  
ris tumidæ, gemmis & tantùm illustres,  
Vultum Pontificum non munus exhib-  
ent, Tu mitrà cum supra alios emi-  
neas, infra neminem indignis Prima-  
tiali honore reptas operibus, tanto ma-  
gis in hoc Culmine admirandus, quòd  
in illo subsistas sine ruina probitatis.  
Plures altius levati, gravius virtutē  
precipitarunt, & soli publico propin-  
uiores, cæcutiunt ad aspectum pietatis,

Tecum

Tecum, quo levatur sublimius, eo secu-  
rior à casu, gaudet Te videre supra  
omnes, in quo ab omnibus suprema a-  
doratur. Nec pro aris solum, pro patrijs  
quoque penatibus, ardente Te expe-  
rimur Flaminium, partiris inter superos  
Et Patriam curas, oblitus Tui, illo-  
rum memoria. Ne libertas Lechica to-  
ties ab infamibus petita Et impetita  
procis rapiatur, invigilas diligenter  
**PRIMATVM PRVIDENTIS-**  
**SIME, Regibusq; Et legibus corri-**  
gendi Te provisum non ignarus, ita  
sceptra revereris, ut audaciam certadi  
pro publica salute no deponas. Habet  
Te lachrymæ populi pro se oratorem,  
pro quibus dum facundius, quam olim  
fabulis duntaxat celebris Hercules pe-  
roras, Catenas fundis ad dissolutionem  
malorum restringendam. Modestiam  
Tuam laudibus inturbare non au-  
demus,

demus; major hæc quam ut eam nostri  
margines capiant. Principem fasces  
& tituli ostentant, demissio unum ex  
nobis loquitur, nemini inaccessus, tam  
facilis obtutibus omnium quam votis  
occurris, nec pensas quantum Tua  
Tibi concedat Authoritas, sed  
quantum nostra necessitas indigeat.  
Demittis Te ad omnes hoc ipso Celsissimus,  
gaudescit subvenire singulis non  
rogatus. Ita cum nulla cum virtute  
ad Superum propinquitatem non acce-  
das, familiaritate tamen cum subditis  
prestas, quam ita Tibi singularem  
reddidisti, ut si omni virtute destitue-  
reris, hæc una dignum Te faceret toti  
terrarum orbi moderando. Et id est  
quod Cælites intra Tua limina invitati  
imò etiam trahit, simillimus illis in  
Te animus, gaudent Tuo consortio,  
quem honoris sui presidio gaudere non  
ignorant

ignorant. Admitte jam PRINCI-  
PVM BENEVOLENTISSI-  
ME & nostrum Bogumilum, verius  
dicam Tuum, qui ȳsdem Tyaris insi-  
gnis, eādem Cathedrā sublimis, parum  
se mereri de Superis putaret, nisi & de  
Tuo in terris patrocinio mereatur.  
Nec magna petit, Tuum duntaxat a-  
gnosce, & nemo non suum volet, ne-  
minig ardentiorem Illius Cultum Pri-  
mas Tua authoritas non imperabit.  
Præcessit Te Archipræsule is fascibus,  
Tu simul & virtutum & dignitatis  
successor vel ideo servatus, ut aras  
tanti Pontificis servares, servatas ad  
posteritatis transmitteres venerationem.  
Multum illi debes, parata sanctitatis  
exempla que imitareris invenisti, plus  
ille Tibi, cuius virtutum vestigia ne  
obtererentur, Tuis operibus effecisti,  
quod glorioſius, nomen Illius ne fato tē-  
porum

porum morererur, Tu Stanislaus non  
desnis animare. Nihil deniq; cum  
Illo Tibi non commune, Generis &  
Purpuræ Pæstum æquè floridum, pie-  
tatis in Superos fervor idem, uterque  
Patronus Lechiæ, Ille in Cœlis, Tu  
in terris causam eius fortiter propugna-  
tis. Radijs eum illustrarunt astra, quæ  
tamen orbi magis inclarescat, amoris  
flamas à Te expectat. Elucescent  
tunc istæ, ubi curâ & promotione Tuâ  
votivis tota Archidiœcesis nomini eius  
ignibus coruscabit. Meretur honorem  
Tutelarium Poloniæ, qui communem  
cum ipsis agit Regni patronatum.  
Promove itaq; Archipræsum Glorio-  
sissime Divi Antecessoris Tui cultum,  
ille pro temporanea sibi impetrata in  
terris solennitate, eternam Tibi in ce-  
lis impetrabit.

Ex voto.

Obligatissimi Ordinis Camaldulenſis:  
Eremitarum, ad Varsaviam.

## Protestatio Authoris

**L**ector adverte ab immemorabili Bogumilum, ut infra ex mea serie Archiepiscoporum Gnesnensium, Sanctum esse dicium, ore tantum populi, non solenni Ecclesiæ; Et quæ modo exarata legis, in eo statu relinquo, quem seclusis hisce meis lucubrationibus obtinebant. Idque tam Sanctæ profiteor, quam decet eum, qui sanctæ Sedis Apostolicæ filius obedientissimus haberi cupit, ab eaque in omnibus dirigi velit.

Porro sanctum vocatum, & ei vota supplicationesque publicas fieri solitas, ante ducentos amplius annos testimo- Ex nia Ecclesiæ metropolitanæ ostendunt serm: nam anno Domini 1443. Vincentius Arch: Kot Archiepiscopus Gnesnensis ita o- in viti blationes ad Tumulum S. Bogumili in hujus Ecclesia Dobrovensi dispositæ cum Sancte Collegio Metropolitano. III.


Reverendissimus in Christo Pater Dominus Vincentius Archiepiscopus, cum prefatis Dominis de Capitulo Gnesnen: superius, habitis tractatibus mutuis inter se super offertorio Dobrovo, talem ordinationem fecerunt. Ut Plebanus recipiat offertorium in toto de Altarijs, & alias oblationes.

Quantum.

Quantum autem de offertorio quo d'offeretur ad Tumbam S. Bogumili; ibidem in Dobrovo, prefatus Dominus præpositus eum supradictis Dominis vult, ita ordinat: quod medietas dicti offertorii quod offeretur ad tumbam, fiat ad murum, ad quam medietatem recipiendam & conservandam constituit Honorabilem Albertum Plebanum in Turek, medietatem autem residuam, Plebanus Dominus Ostha, & successores sui recipiat, pro suis usibus, & pro sustentatione ministrorum Ecclesie convertat dicti offertorii de eadem Tumba S. Bogumili. Cera vero quæ offertur ibidem in Ecclesia Dobrovo pro Divini cultus administratione plebanum & Vicarios de eadem cera præfatus Dominus Albertus Plebanus in Turek teneatur retinere ceram pro luminibus ad Diuina celebranda quantum sufficeret decenter. Residuam vero ceram si extat seu extabit, ipse Dominus Albertus tenebitur vendere & pecuniam cum aliis pecunij quas accipiet, videlicet medietatem de tumba fideliter conservabit & congregabit. & congregata Dominio prosperante, in cipiet murare Ecclesiam in Dobrovo de consilio Dominorum prædicatorum: Signa autem quæ fuent ad meritum eiusdem Sancti idem Dominus Plebanus in Turek fideliter, & diligenter conscribat, & ad sua Protocolla reponat. Aclum in Generali Capitulo, post Festum S. Adalberti penultima Mensis Aprilis die Mercurii, Anno Domini 1443. Præsentibus Dominis P. de Grandi Præposito. Joanne Decano

Decano, Joanne Archidiácono, Joanne Cantore,  
Andrea Scholastico, Joanne Forman Custode, Jo-  
anne Cancellario, Jaroslao, Joanne de Rudzieia  
N. Glebocki, Mathia Drya, Andrea Faczkowski,  
Lascario Stanislao Bielanski, Joanne de Brzoste-  
wo Łuskone, Joanne Falonis, Magistro Thoma  
Stezanpiniski, Nicolao de Nieniews Jacobo de Dam-  
bno & Jarando, Prelatis, & Canonicis. ad sonum  
magnæ campanæ congregatis.

Stephanus Damalevicius.





S. BOGUMILUS ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS CAMALD:

Dum facilis pro Te miseris fert alveus escam  
Influis zernas, sic Bogumile dapes.

*IMPRIMATVR*  
Si videbitur Reverendiss: Patri  
Mag: Sac: Palatij Apost:  
Ord: Caraffa Archiep: Patraff: Vicesg:

*IMPRIMATVR*  
Kr: Raymundus Capisucchus  
Magister Sac: Pal: Apost:  
Ord: Praed:

*REIMPRIMATVR*  
M. Bartholomæus Episcopus  
Posnaniensis m: pp:

VI T A  
S. BOGUMILI  
A R C H I E P I S C O P I  
G N E S N E N S I S X I V .

C A P U T     I .

*Gentis Roseæ in Polonia Origo.*

S A N C T U S Adalbertus,  
Bohemus natione, Gen-  
tis Roseæ, quæ Rosam in  
campo rubro, albam gerit pro  
sternitate, Comitum Libicensi-  
um hæres, Slaunici, & Strzezy-  
slavæ illustrium parentum filius

A

S. R.

2 *Vita S. Bogumili,*

S. Rōmualdi Eremitarum Camaldulensium Patriarchæ, discipulus cum frustra iterum, Moguntino Archiepiscopo in Romana Synodo solicitante, & summo Pontifice Gregorio V. mandante, ad Cathedram Pragensim: Fuisset reversus: obtento consensu sanctæ sedis Apostolicæ, nisi resipiscerent Pragenses, & sui Pastoris monitis obtemperarent, barbaris gentibus Evangelium prædicandi, in Ungariam primùm, deinde in Polonię venit; ut nova, plantationis Vineæ Domini Sabaoth germina, salutari Christianæ doctrinæ irrigaret imbre, comitibus

*Archiepiscopi Gnesnensis* 3.

bus imparem laboris, instituti  
Sancti Romualdi, Eremitis Ca-  
maldulensibus, Christiano & Pa-  
pante, ac Gaudentio, sive Ra-  
dzino fratre germano, tum &  
Poraio, quem divina providen-  
tia nefario furori Bohemoru, in  
alios fratres sancti Episcopi,  
Sobonem, Spicimirum, Sobe-  
slaum, Zimissum, & Ceslaum,  
grassanti subtraxerat, secum as-  
sumptis. Ex quibus Gaudentium  
sive Radzimum, in Cathedram  
Gnesnensem pro se suffecit, pro-  
bante Gregorio V. Pontifice  
Maximo Ottonis III. Impera-  
toris cognato magnis ipse fru-  
stra precibus solicitatus à Polo-

nis ut laborem ex colendis neophitorum moribus, ex ea Cathedra Doctor & Archipræsul impenderet. Qua in re, ne prorsus vota, & desideria recens ad Christum conversæ nationis, videretur contemnere; summam, & compendiū doctrinæ Christianæ, lingua vernacula conscriptum à Polonis decantandū, cum Gaudentio Fratri reliquisset, quod usq; in præsentem diē, in templis, domibus, & aciebus olim militaribus, decantari usitatum fuit ipse ad prædicandū infidelibus Prussis Evangelium, perrexit. Ubi coronam martyrii, remo primū à nauta percussus

*Archiepiscopi Gnesnensis* 5

cussus graviter, septem deinde lanceis, à barbaris confossus, adeptus est die 23. mensis Aprilis feria sexta magna Anno Christi nongentesimo nonagesimo septimo.

## C A P U T II.

*Bogumili parentes, & præceptor.*

**P**Orajus autem frater ipsius germanus, sumpta conjuge in Polonia, Comitum Libicensium nomen, & stirpem propagavit, ex qua genuini hætedes aviti, Rosæ albæ, candoris prodierunt Boguphalus, & Bogumilus germani fratres, ex Nicolo de comitibus Libicensibus,

A3            in Bo-

*Vita S. Bogumili*  
in Bohemia, stirpe Poraia ori-  
undo, in maiore Polonia, Gne-  
snensi Castellano, primariæ di-  
gnitatis in Senatu Polono viro,  
& Catharina Gryphia, Comitū  
de laxa sorore, fœmina lectissi-  
ma, parentibns piis; ac Deum  
timentibus prognati, in Villa  
hereditaria dicta Cosminco ,  
prope Dobrovum pagum Ar-  
chidiæcesis Gnesnensis, Archi-  
diaconatus, & territorii Unie-  
ioviensis, Palatinatus Syradien-  
sis. Hi ab infantia in timore  
Domini, & pietate Christiana  
instituti à parentibus, literis e-  
tiam humanioribus pueritiam  
excoluerūt , in Gymnasio Gne-  
snensi

*Archiepiscopi Gnesnensis* 7

snensi, sancto præceptore curā  
illorum institutionis sustinente,  
Ottone Bambergiensi Episco-  
po; qui quamvis & ipse illustri-  
bus in Suevia Comitibus, Patre  
Bertholdo, & matre Sophia na-  
tus esset, tamen orbatus paren-  
tibus, ad eam devenerat egesta-  
tem, ut cum Grammaticæ præ-  
cepta, itemque Poëtas, & Phi-  
losophos, tenaci memoria com-  
plexus esset, nec haberet sum-  
ptus, ad studia sublimiora ne-  
cessarios, in Poloniam, quæ tunc  
nobilissimum pretiosissimarum  
Sapientiæ mercium extitit em-  
porium venerit, & ludum lite-  
rarium ibi cū autoritate Prin-

cipis docendi; aperuerit. Cancellarius deinde factus Boleslai primi Polonorum Regis, & ab eo ad Henricum Quartum Imperatorem legatione functus, Episcopatum Bambergensem, mortuo Ruberto eius Diœcesis Episcopo, ejusdem Imperatoris promotione, consecutus est, à Paschali Summo Pontifice confirmatus, & ipso die Pentecostes ab eodem consecratus. Sub tanto præceptore, posteaquam Grammatices & humaniorum studiorum tyrocinium deposuissent in Patria, ad colendas severiores Musas, animumque perpoliendum Theologiæ, ac iuris

*Archiepiscopi Gnesnensis* 9

juris Canonici peritia, Lutetiam  
Parisiorum sufficienti, ac libe-  
rali sumptu instructi, missi sunt.  
Vivebat tunc S. Bernardus, Cla-  
ræ Vallis, Ordinis Cistercien-  
sium Abbas, qui per totum or-  
bem, sanctitatis instituti sui, lō-  
gè latèque ita fragrantiam spar-  
serat, ut ipso superstite, tria  
monasteria, Andreoviense, Lu-  
onense, & Lasdense celeberrima  
in Polonia fuerint fundata &  
liberali fundatorum munificen-  
tia dotata. Eius Ordinis, cum  
diligenter in Galliis sanctimo-  
niam circumspexisset Bogupha-  
lus, postquam divinarum Sci-  
entiarum opibus auctus, una  
cum

cum fratre Bogumilo, in patriā  
fuisset reversus, nihil cunctabū-  
dus, quod firmo & constanti a-  
nimo Theologiæ sacræ incum-  
bens, deliberaverat, exequi sta-  
tuit: seque, spreto fallacis mun-  
di fuco, vanisque ipsius pollici-  
tationibus, & illecebris sœcula-  
rium delitiarum damnatis, so-  
dalitio Cisterciensium, in mo-  
nasterio Luknensi, quod nunc  
Wagrovecense dicitur, solenni  
professione addixit.

## CAPUT III.

*Bogumilus Ecclesiam Sanctissimæ  
Trinitatis ædificat.*

**P**orro natu maior Bogumilus  
mēsurā præclari sui nominis  
fortu-

*Archiepiscopi Gnesnensis* II

fortunato implens omine, omnem huc operā cōtulit, ne desidiore passū, minoris vestigia cōfectoretur fratris; qui jā nominis suo Bogufali (Dei laudem id sonat, idiomate Polonico) satis videbatur respondisse, in holocaustum divinæ laudis, religiosa professione cōsecratus. Sancta igitur excitus æmulatione, cœpit & ipse cogitare diligenter, quomodo per stabilia virtutum exercitia, Deo charus (quod dictio Bogumili, sua significatione deposita) evaderet. Atque imprimis cum Deum strenue, ac fortiter amando, se id consecuturum speraret, impulsu

pulsu Divini spiritus, inter Deum & se reciprocante amicitiā, omnes peccandi occasiones, quam accuratissimè subterfugere constituit. Cum vero administrationem bonorum, ad se obitu parentum devolutorum suscepisset, frequenter Dobrovēsem pagum, oculis & animo lustrare conservaverat, tanquam locum, ab omni negotiorum strepitu semotum, proindeque cœlestium honorum contemplationi maximè idoneum: speculando præsertim collem, inter altas quercus editiorem, dupli fluviorum Nyr, & Vartæ, anfractu, aditum in lucum opacū

inter

intercludēte, circumfluum; cuius loci opportunitatem, cum attentius considerasset, ante omnia quæ digesserat animo, proposita, Christum bonorum suorum cohæredem scripsit, certa illorū portione Parocho, qui curam Dobrovensis populi gereret, attributa; & templum ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis, sub eius patrocinio de plantis abiegnis, quæ arbor cariei non obnoxia in ævum durat, extruxit: atque ab Archiepiscopo Gnesnensi Joāne Primo, ritu solenni dedicandum procuravit. Placebant hæc in Dei gloriæ propagationem  
ado-

*Vita S. Bogumili*  
adolescentis studia Gnesnensi  
Archiepiscopo, qui iuvenem,  
ut post ædem divino nuncupa-  
tum cultui, se quoque in eius  
laudem vellet mancipatum: sic  
enim Dilectus Deo & homini-  
bus, iuxta nominis sui elogium  
censeri posset. Non inuitis. ac-  
cepit auribus Archipræfulis a-  
vunculi sui admonitionem, eò  
etiam facilioribus, quod iam  
de vitæ statu diligendo, matura  
deliberatione hinc inde perpē-  
sis consiliis, & prudentum re-  
sponsis, non amplius ancipiti  
distraheretur hallucinatione, sa-  
cerdotalis munus officii, firma  
cogitatione complexus.

## CAPUT IV.

*In aulam se Archiepiscopi cōfert.*

**S**ubductis ergo rei domesticæ rationibus, Archiepiscopum non multò post sequitur ad arce Unieiovensem, & in album relatus aulicorum, munus Cancelarii ab eo sibi demandatum, magna fide, ac diligentia obit. Non fidebat ætatis lubricæ fragilitati, aulæ inconstantes blanditia à qua plerumque monendi libertas, & veritatis candor exulare solet, circumspecta cogitatione, revolvens; proinde fidum ianitorem, portis sensuum affixit, timorem Domini: cavitatem vens

vens, ne quid illuc introgrede-  
retur, qnod castimoniam men-  
tis, & corporis ullo modo possit  
contaminare, aut saltem carnis  
appetitui reluctantes, labefacta-  
re conatus. A Societate illorū,  
quibus Deum offendere, pro  
parvo dicitur, magnopere ab-  
horruit, pluris tempus æstima-  
vit, quam ut illud vanis aulico-  
rum occupationibus, & ludo-  
rum levitati, putaret impenden-  
dum. Otium detestatus, nūc  
orando, nūc scribendo, nūc  
legendo laborum, & curarum  
tædia temperavit; honestis non-  
nunquam deambulationibus, &  
amicorum colloquiis, intensas  
animi

animi vires remittere contētus.  
Induit panopliā strenuus Chri-  
sti miles, omnium earum virtu-  
tum, à quibus plurimum præsi-  
dii, propugnandæ castitati esse  
solet, maximè autem jejuniis,  
in obsequium spiritui, rebellem  
carnis vigorem, subigere habu-  
it usitatum, quorum tam religi-  
osus cultor extitit, ut non mo-  
do vigilias Sanctorum, & qua-  
tuor temporum observantiam,  
unica refectio transigeret, ve-  
rum etiam quavis sexta feria, ob  
memoriam Dominicæ passio-  
nis, tantum puer teneret rigo-  
rēm, ut ne particulam quidem  
panis, sero degustandam sibi

permitteret. Quadragesimam per novem integras septimanas, more majorum servavit exactè. Ultra quos jejunandi modos, ab Ecclesia Catholica præscriptos, vel diuturna Polonornm traditione usurpatos, frequentius voluntarias corpori castigando inedias, sicut & cicilia, humicubationes, vigilias, flagellaciones, genuflexiones, brachiorum in modum crucis extensiones, diuturnas stationes, & cætera ejus generis, macerandæ carnis instrumenta crebrò adhibuit, quibus inexpugnabile scutum orationis adjunxit, glorioissimæ Virginum Virgini Deiparæ magno

majorem in modum supplicans,  
ut propositum castæ mentis, sui  
clientis tutelari ope, contra in-  
festos mundi, carnis, & Caco-  
dæmonum insultus, defendere  
dignaretur ; *Sciens Dæmonum*  
*plagas, & carnis innatas appeti-*  
*tiones, quibus assidue vexamur,*  
*difficile esse sine Beatæ Virginis*  
*auxilio ut sedare queamus.* His  
exercitationibus, sensim adole-  
scientiam à fallacis mundi vani-  
tatibus abducebat, ad iugem  
Divini Numinis cultum, in sta-  
tu Sacerdotali eam disponens ,  
quod propositum iam inde à  
puerilibus annis conceperat.  
Itaque quasi legem animo fixit

perpetuam, natu maiores reveri, æqualibus non invidere, inferiores non contemnere, amicos in via virtutis occurrentes, impensiūs omnibus officiis colere, omnem ambitionem ab actionibus excludere, in iisque solam Dei spectare gloriam, & amorem, sobrietatem amare, ab in utilibus sermonibus linguam compescere, piorum librorum lectioni ac meditacionibus rerum cœlestium vacare, aures a verbis detractorum, & a scurrilibus aulæ iocis averruncare & quævis arma virtutum, à Sæctis Patribus, quibus se totū advers⁹ ictus Vaferrimi serpētis muni-

muniret mutuari; ita ut omnes,  
quos aliqua virtute considera-  
ret excellere, sibi ad imitandū  
ob oculos statuerat, iamque i-  
psa ferii vultu compositione, &  
motum animi, corporique mo-  
deratione specimen quoddam  
vitæ Anachoreticæ, in adole-  
scentia præseferre videbatur.  
Mirabantur omnes aulici, tam  
gravem, imperturbati proposi-  
ti, constantiam: ob quam illum,  
& sincere diligebant, & religi-  
ofa quâdam observantiâ vere-  
bantur; ut illo præsente, non  
auderent quidquam castis mo-  
lestum auribus proloqui, neque  
indulgere ludis, aut vanis auli-

22 *Vita S. Bogumili*

corum facetiis & oblectamen-  
tis præsumerent. Fuit in aula  
Bogumilus juvenis, cor senile  
gerens, omnibus officiosus, nulli  
onerosus, devotus ad Deum, be-  
nignus ad proximum, sobrius ad  
mundum, Domini servus, pro-  
ximi socius, mundi Dominus, su-  
periora habens ad gaudium, æ-  
qualia ad consortium, interiora  
ad servitium.

CAPUT V.

*De vita statu deliberat.*

Considerabat Archiepisco-  
pus mores in juvene, ad  
omnium virtutum harmoniam  
recte concinnatos attentiùs ,  
ma-

magno suo solatio; agens Summas Numini gratias, quod sibi talem in vinea sua cooperatorem destinasset; itaque vocato ad se adolescenti, qui jam tunc a sacris Canonibus definitæ ad Sacerdotium fuit ætatis desiderium, quod antea sibi circa cōsecrationem Ecclesiæ Parochialis Dobrovensis exposuerat, iteratis vicibus gravi persuasione inculcat, identidem asseverans, quod strictam tremendo judici rationē esset redditurus, de talentis sibi concreditis, nisi vellet justis obsecundare monitionibus, atque usuram talentorum, in alimoniam familiæ domini

minicæ , fideliter convertere ,  
super eam, per sacerdotii Ordin-  
em , constituendus. Gratias  
agit primo Archipræsuli , pro  
paterno erga se affectu , & bene-  
volentia : inducias deinde ad  
tempus Ordinum à jure præfi-  
xum, sibi concedi poposcit, in-  
tra quod matura deliberatione  
peracta, se ad tam excelsi mune-  
ris officium disposeret Digres-  
sus ab Archiepiscopo , cæpit  
sublimis fastigii celsitatem ac-  
curatè speculari , & eo pericu-  
losioris præcipitii ruinam con-  
siderare, quo altius apex digni-  
tatis emineret, intra se diligen-  
ter expendens. *Grandis digni-*  
*tas*

Archiepiscopi Gnesnensis 25  
tas Sacerdotum, sed grandis ru-  
ina si peccant, lætamur ad ascen-  
sum, sed timeamus, ad lapsum.

Non est tanti gaudii excelsa te-  
nuisse, quanti mæroris de subli-  
mioribus corruisse: Nec enim so-  
lum pro nostris delictis redde-  
mus rationem, sed pro omnium,  
quorum abutimur donis, & ne-  
quaquam sumus de eorum salute  
jollicti. Tanta verò solicitude,  
circa unius animæ lucrum est  
necessaria, quanta universi or-  
bis divitias lucramēto, non suf-  
ficeret negotiatori. Tandē,  
cūm frequentiùs Archiepisco-  
pus, Ecclesiarum necessitatem  
exponeret, & verbis pluribus,

*Vita S. Bogumili*  
charitatem erga proximorum  
salutem exaggeraret, pro qua  
Filius Dei de cœlis descendit;  
atque in super illum potentis o-  
bedientiæ terreret authoritate,  
tandem Bogumilus, volunta-  
tem hanc Dei esse interpretatus,  
in re tanti momenti, quanti es-  
set sua, & proximi salus, majo-  
rum qui vices Dei obeunt in  
terris, non refragari consuetus,  
victas sponte dedit manus au-  
thoritati, persuadentis Archie-  
piscopi. Nimirum bonus obediens  
dat suum velle, & suum nolle,  
ut possit dicere paratum cor me-  
um Deus, paratum cor meum,  
paratum quodcunque præceperis

Archiepiscopi Gnesnensis 27

facere, paratum ad nutum citius  
obedire, paratum tibi vacare,  
proximis ministrare, me ipsum  
custodire, & in cœlestium con-  
templatione requiescere. Eum  
ita dispositum, à populi turba  
segregat Archiepiscopus, inde  
innumerum Cleri refert, ac tan-  
dem per omnes Ordinum gra-  
dus, ritè legitimèque promotū,  
Presbyteratus sacro charectere  
insignit.

## CAPVT VI.

*Fit Sacerdos humilis*

FActus ex obedientia Sacer-  
dos Bogumilus cœpit cu-  
mulatiùs cœlestium immisso-  
num

num dona sentire, atque jam  
Deo, qui consumens ignis est,  
propior factus, sacrique amo-  
ris incendio liquefcere, & flu-  
ens tanquam cera à facie ignis,  
se in abyssum nihili, cum  
profunda humilitate demittere.  
Nam ea est veræ humilitatis  
conditio, ut quò propius divi-  
næ Majestatis gloriam specula-  
tur, eo magis se indignam divi-  
ni sermonis consortio reco-  
gnoscat. Secus hic omnino ac-  
cedit, quam in humanæ con-  
versationis frequentia videa-  
mus evenire: ubi diuturna fa-  
miliaritas, extremi contemptus  
esse solet occasio. Non enim  
ani-

anima fidelis, & verè humilis,  
quòd eam sponsus cœlestis di-  
gnetur alloquio, aliquid in se,  
quo tantos mereatur favores,  
recognoscit; Sed verecunda re-  
verentia, & modestia, coram  
májestate suprema, in cognitio-  
nem sui nihili profundius de-  
scendit nec pensat, ubi nunc  
est sed ubi fuit, dum non fuit.  
Excitabat Bogumilum, ad pro-  
fectum in hac virtute, remini-  
scentia miseræ conditionis, &  
fragilitatis humanæ, *semper co-*  
*gitando, quid sibi deeſset, repetes*  
*memoria, ubi fuit ſecularibus*  
*irretitus curis, aut iudiciorum*  
*Dei ſententiam metuens, & ſecū*  
*qua-*

Vita S. Bogumili  
quærens, ubi erit; aut cum mala  
vitæ præsentis attendens, & so-  
lerter mærens, considerabat ubi  
esset: aut cum bona supernæ pa-  
triæ contemplabatur, quæ quia ni-  
nondum adipisciebatur, lugens de-  
conspiciebat, ubi non esset; illud de-  
tantum usurpans cum tædio: di-  
Quemadmodum desiderat cer- ne  
vus ad fontes aquarum ita de- da  
siderat anima mea ad te Deus. su-  
Illam verè secutus est humili- ter  
tatem, quæ omnium virtutum ne-  
est in nobis origo, in propria ra- tis  
dice charitatis pullulans, & per- lu-  
durans; non quæ se molli vultus fin  
compositione ostentat aut mo- cui  
desto corporis gestu venditat, rei  
aut

*Archiepiscopi Gnesnensis* 31

aut fracta verborum voce insinuat. Sed quæ puro cordis affectu, per vilitatis suæ recognitionem, coram Deo se prosterunt. Sunt enim plerique in mundo, qui volunt esse humiles, sine respectu, bene vestiti sine solicitudine: delicatae pacis possessores, sine labore, alijs detrahentes, mordaces ut canes, dolosi ut vulpes, superbi ut leones, intrinsecus autem lupi rapaces, mellis dulcedinem, id est inanis gloria, & latenter lasciviae ut ursi querentes. Volumunt esse sine authoritate iudices, us sine visu testes, postremò falsi accusatores, & omni veritate carentes. Illam coluit Bogumilus humili-

humilitatem , quæ in timore  
Domini fundata, propriæ infir-  
mitatis conscientia, in ima de-  
primitur , & sincero corde se  
Deo, & in officiis suæ vocati-  
onis, cum fiducia divini auxi-  
lii fideliter obeundis, & præ-  
stanta in pœnis , & æruminis  
obedientia, & exhibendo debi-  
to aliis honore, subjicit. Corde  
se credebat indignum honori-  
bus, & ore confitebatur ad sa-  
cerdotium se nullis meritis, sed  
sola dignatione misericordiæ  
Domini, vocatum. Itaque re-  
putans animo puritatem An-  
gelicam, quæ sacerdotii digni-  
tati annexa est, imbecilles vi-  
res

res ad excipiendum manibus  
Dominum, sub quo curvantur  
qui portant orbem: ad portan-  
dum eum qui *tribus digitis mo-*  
*lem terræ appensam gerit*, ad  
sustinendam illius maiestatem,  
*qui sedit super Cherubim, & Se-*  
*raphim; ad luctandum cum Deo*  
Israel forti, humili oratione di-  
sponebat; modò cum Centuri-  
one indignum se tanti hospitis  
præsentia corde sincero pronū-  
tianis, modò cum Elisabetha  
hilari gestiens voluptate, mira-  
bundus exclamans: *Unde mihi*  
*hoc ut Dominus meus ad me ve-*  
*niat, nunc cum Abrahamo pul-*  
*verem se ac cinerem, in conspe-*

Etu divinæ maiestatis profitens,  
nunc se peccatorem cum san-  
cto Petro recognoscens, nunc  
cum prodigo filio, indignum  
videre altitudinem cœli se repu-  
tans, nunc divini fretus auxilii  
fiducia, cum Davide lætabun-  
dus occinens: *Calicem salutaris  
accipiam, & nomen Domini in-  
vocabo:* nunc omnes animi, cor-  
porisque facultates ad laudan-  
dum creatorem divini psaltis  
fervore provocans: *Benedic a-  
nima mea Domino;* & *omnia  
quæ intra me sunt, nomini san-  
cto eius.* *Benedic anima mea Do-  
mino:* & *noli oblivisci omnes re-  
tributiones eius.*

CAPUT VII.

*Orationibus insistit.*

**I**gitur singularem Dei bonitatem, & gratiam vocationis ad tam excelsæ dignitatis apicem recognoscens, & cum fidei Samuele, promptum se, ac hilarem ad obsequium, vocanti Deo exhibere satagens, orationis adminiculum adimplendum tam ardui negotii munus, adhibuit. Præter divini officii pensum, quod diebus singulis, juxta ritum & ordinem Provinciæ Gnesnensis, devotè attentè ac fideliter omnipotenti Deo exsolvebat, magnam tem-

poris partem, orationi mentali  
tribuere solitus erat, jaculato-  
rias (ut vocant) preces, identi-  
dem ferventi spiritu interisciēs:  
*Diligam te Domine fortitudo  
mea: Dominus firmamentum  
meum, & refugium meum: & li-  
berator meus: Deus meus adiu-  
tor meus & sperabo in eum.  
Protector meus & cornu salutis  
meæ: & susceptor meus. Lau-  
dans invocabo Dominum: & ab  
inimicis meis salvus ero. Domi-  
ne, nomen tuum, & memoriale  
tuum, in desiderio animæ. Ani-  
ma mea desideravit te in nocte:  
sed & spiritu meo, in præcordiis me-  
is vigilabo ad te: Anima mea li-  
quefa*

Archiepiscopi Gnesnensis 37

que facta est ut dilectus meus locutus est mihi. O Deus meus, noverim Te, noverim me; utinam te summam bonitatem omnes homines cognoscant, & peccare desinant, & condignas gratiarum actiones, pro beneficiis universæ creaturæ tuæ tibi persolvant. Excessivam Redemptionis humanæ charitatē, cum iucundissima voluntatis inflammatione, & ardentissimo imitationis, in cruciatibus Domini nostri Jesu Christi, virtutum expressarum, desiderio, tenerima compassione medullitus liquefcens, contemplabatur.

Officium glorioissimæ Virginis

*Vita S. Bogumili*  
nis Matris Dei, horis Canonicis  
adiungebat, & coronam illius,  
cum interno quodam supernæ  
dulcedinis gusto, & animi sere-  
na voluptate, quotidie recita-  
bat. Invaluerat iam tunc pia in  
Polonia consuetudo, ( nam si-  
mul cum Evangelio, cultus er-  
ga Deiparam in partes nostras  
devenit) angelicas salutationes  
ad numerum annorum quibus  
in terris morata est, replicandi:  
eamque sexagesies, & ter salu-  
tandi, singulis Salutationum  
decadibus Dominica oratione  
adiuncta, qui mos orandi, a san-  
cto quodam Eremita, ipsa Dei-  
para ipsum edocente, ( ut fide-  
li ma-

*Archiepiscopi Gnesnensis* 39

li: maiorum traditione accepi-  
mus )profluxit. Hunc suplicandi  
ritum Advocatæ nostræ, nun-  
quam intermisit Bogumilus, pu-  
ero sibi à piis parentibus tra-  
ditum: cuius devotionis evidēs  
argumentum est, lapideus glo-  
bus grandior, quales Eremitæ,  
ac nostri peregrini plerumque  
gestare solent, in eremitorio su-  
o, inter quatuor quercus in-  
ventus, quem magni muneris  
loco ferebat Matthias Lubien-  
ski Archiepiscopus Gnesnensis,  
eximius Deiparæ cultor, qui in  
honorem ipsius, regali magni-  
ficentia, bſilicam à fundamen-  
tis erexit Lovicci: & alteram-

40 *Vita S. Bogumili*

Uniejovii, magno sumptu re-  
stauravit, & concameravit.  
Sed ad Bogumilum revertamur,  
& modum qvo se ad operandū  
tremendo sacrificij mysterio,  
disponebat, proseqvamur. Ia-  
cebat pronus humi, manibus  
in formam crucis extensis, lar-  
go lachrymarum imbre, præ  
dulcedine spiritus, prosilientium  
terram irrigabat: Christi Domi-  
ni exemplum imitans, qvi  
prolixius Patrē orans in horto,  
cum lachrymis, & sanguineo  
sudore, se ad cruentum Sacrifi-  
cium, in ara crucis pro nobis  
offerendum, præparabat. Com-  
mendabat suas Angelis preces,  
supre-

Archiepiscopi Gnesnensis. 41

supremo Domino præsentandas, non exiguo ipsorum portitorum solatio. Nam *Oratio est animæ sanctæ præsidium, Angelo bono solatium, Diabolo supplicium, gratum DEO obsequiū, pœnitentiae laus, religionis perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta.* Implorabat supplex Virginis DEI paræ patrocinium, ut cuius mater extitisset purissima, ad ejusdem conficiendum corpus & sanguinem, sibi necessariam impetraret a Filio puritatem. Flagitabat Cœlitum intercessionem, potissimum vero illorum, in quorum memoriam rem divinā facturus erat.

42 Vita S. Bogumili.

Propitiabat Numen divinum  
animabus fidelium defunctorū,  
ac eò qvidem ferventiùs , qvò p  
majore vivorum , in extrema  
constitutos necessitate, consi-  
deraret indigere suffragio; de-  
precans maiestatem altissimam,  
ut hostiæ salutaris interventu,  
pœnis, ergastuli Purgatorii, reos  
dignaretur absolvere. Liq-  
scebat mens Sancti, cœlestibus  
perfusa delicijs, quoties sacri-  
ficium sacrosanctæ Missæ, im-  
mensæ charitatis erga genus  
humanum pignus , offerebat:  
ut dulces lachrymæ ab oculis  
celebrantis, in ipso cordis, di-  
stillatæ divini amoris æstu, me-  
ditullio ,

*Archiepiscopi Gnesnensis* 43

ditullio, qvādoqve sacro altaris  
linteamini aspersæ , prorum-  
perent.

## CAPUT VIII.

*Suscipit Ecclesie Dobrovensis curam.*

**V**Acat interea Dobrovensis  
Ecclesia parochialis, San-  
ctissimæ Trinitatis, cuius curā,  
& administrationem defert Bo-  
gumilo Archiepiscopus , tan-  
qvam illius nuper exstructæ, ac  
dotatæ, patrono, & villæ Do-  
mino hæreditario. Nihil refragatur  
obediens Sacerdos, jussis  
Antistitis; accipit non invitus  
provinciam, divinitus sibi , ut  
interpretabatur voluntate Ar-  
chiepiscopi, oblatam: conscius  
autem

44 *Vita S. Bogumili*

autem infirmitatis suæ , supre-  
mi bonorum omnium largito-  
ris gratiam , & auxilium pre-  
catur , ad majora usitatarum  
virtutum admittens incrementa.  
Diligenti attentione secum re-  
voluit , magnum esse dilectionis  
DEI argumentum , in curam  
salutis humanæ incumbere , &  
animatorum pretioso CHRISTI  
sangvine redemptarum , vigi-  
lantem gerere sollicitudinem.  
Magno igitur amoris divini  
æstuans incendio , & qvòd di-  
ligere proximum tanquam se  
ipsum maius sit , omnibus holo-  
caustomatibus , & sacrificijs con-  
siderans : qvemadmodum pro se ,  
ita

ita & pro populo summæ maiestati offerebat sacrificium, in quo dulcedo svavissimæ charitatis, tanquam in proprio fonte degustatur. Majorem nempe hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, cuius animæ positionis, sive mortis, annuntiatio est Sacrosanctæ Missæ Sacrificium, juxta illud oraculum Apostoli: *Quotiescumque enim manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, Mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Et in hoc est Charitas: non quasi nos dilexerimus DEVM, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit Filium*

46 *Vita S. Bogumili*

*Filium suum propitiationem pro  
peccatis nostris. Nimirum hoc est  
vinculum dilectionis DEI pri-  
mum erga nos, & nostræ cum  
illo, ac inter nos unionis, qvam  
tantopere DEUS amat, ut qvi  
eam sciderit, Sacrificium de  
manibus illius oblatum repu-  
diat, ipso dicente Domino :*  
*Si offers munus tuum ad altare,  
& recordatus fueris; qvia fra-  
ter tuus habet aliquid adversum  
te: relinque ibi munus tuum  
ante Altare, & vade prius re-  
conciliari Fratri tuo: & tunc  
veniens offeres munus tuum.*  
*Qvoties igitur ad tesseraim  
Christianæ Charitatis & com-  
munionis*

munitionis æternæ gloriæ pignus  
in divinissimo Eucharistiæ Sa-  
cramento , percepturi fideles  
accedebant, toties bonus Pastor  
dilecti Discipuli mandatum illis  
inculcabat: *Diligamus DEV M*  
*qvoniam DEV S prior dilexit*  
*nos: si quis dixerit qvoniam di-*  
*ligo DEV M, & Fratrem suū*  
*oderit, mendax est. Qui enim*  
*non diligit Fratrem suum, quem*  
*videt, DEV M quem non videt,*  
*quomodo potest diligere? Et hoc*  
*mandatum habemus à DEO:*  
ut qui diligit DEV M, diligit  
& Fratrem suum. Proponebat,  
& CHRISTI Domini testamen-  
tum; summæ dilectionis erga  
nos

Vita S. Bogumili  
nos plenum: Māndatum novū  
do vobis: ut diligatis invicem,  
sicut dilexi vos, ut ēt vos dili-  
gatis invicem. In hoc cognoscent  
omnes, qvia Discipuli mei estis,  
si dilectionem habueritis adin-  
vicem. Sic Bogumilus qvem-  
admodum Charitate DEI, ac  
proximi se urgente, Sacerdotiū  
adīt, ita primū officium esse  
Sacerdotis, in cordibus fideli-  
um tam excellentis virtutis ra-  
dicare plantationē, existimavit;  
proinde plurimum operæ pa-  
storalis in eo posuit, ut omnia  
mutuarum offenditionū, in po-  
pulo suo tolleret scandalā, dis-  
fensionum causas, ex animis  
irarum

irarum vepribus Sylvescentibus  
radicitus extirparet: dulcem  
verò fraternæ dilectionis, &  
Christianæ concordiæ, infere-  
ret olivam.

CAPVT IX.

*Diligenter administrat Sacra-  
menta.*

**S**Acramentorum administrati-  
on, ( quod alterum est Sa-  
cerdotis officium, & eximium  
veræ Dei dilectionis argumé-  
tum ) illorum præsertim, quo-  
rum omissione salus æterna ne-  
quit obtineri, sedulus inhæsit;  
cogitans, ne aliquando pretium  
inæstimabilis lytri, sua incuria

D in

in aliqua Christi periret ove :  
proinde frequenter populum  
admonuit , ne infantium pro-  
crastinaret baptismum demon-  
strans, in quanto versetur peri-  
culo infans nondum salutaris  
unda baptismi tinctus, ut potè  
qui mancipium sit, infensissimi  
generi humano Tyranni, qui  
quidvis audet in eos, qui hæ-  
reditatem æternæ salutis per  
gratiam baptismi sunt adituri ;  
quod si de vita periclitaretur  
nasciturus puer , formam pro  
illo casu, materiamque bapti-  
smi docebat obstetrics , mo-  
nebatque seriò, ne quid minue-  
re, vel addere auderent, quod  
sub-

Archiepiscopi Gnesnensis 51

substantiam interverteret, maximè necessarii, ad vitam æternam obtinendam, Sacramenti: pròximas puerperio fæminas hortabatur, ut pænitentiæ Sacramento culpas delictorum expiarent, inter spem, ac metum vitæ, mortisque sub Eve maledictione constitutæ; quam doctrinam etiam, longū, & periculosum iter ingressuris, navigaturis, militibus prælium inituris & ægritudine aliqua lecto affixis, crebro inculcabat ne tunc primùm Sacerdotem, ad excipiendā peccatorum suorum confessionem, vocarent, cùm in extremo vitæ

D2

disc:

discrimine positos, vix sensu-  
um, rationisque compotes, ac  
quod exinde sequitur, vix gra-  
tiæ divinæ capaces, amittendæ  
salutis æternæ periculo supina  
illos negligentia obijcit. Ipse  
interim tam sanos, quam ægro-  
tos parochianos, libenter invi-  
sebat, illos in prospera rerum  
affluentia, ad gratiarum actio-  
nem Deo debitam, & eleemo-  
synam pauperibus, pro Christi  
nomine impertiendam invitās:  
hos autem ad tolerandas ægri-  
tudinis molestias patienter ad-  
hortans, paterna ijs consolatio-  
ne proponens, morbos, qui no-  
bis à Deo immittuntur, vel fu-  
turo

turorum peccatorum esse amuleta vel præteritorum satisfactoria remedia. Si quos autem longiori, vel graviori ægritudine in periculum vitæ adduci animadverteret, ad muniendū se Sacro divinissimæ Eucharistiæ Viatico, suaviter inducebat, & inductos eo benignè refocillabat, syadens ne unctio-  
nis extremæ Sacramentum post-  
ponerent; cuius ea vis, & ef-  
ficacitas esset, ut reliquias pec-  
catorum, præsertim venialium  
deleret: ac proinde fortiter  
Christi athletas, ad resistendū  
hosti calcaneo insidianti, cor-  
roboraret; & corporis etiam sa-

nitatem, quandoque juxta Dei  
beneplacitum, restitueret. Sva-  
debat sanis, ut ægrotos liben-  
ter visitarent, & necessitatibus  
eorum, animi & corporis, quis-  
que pto sua virili subvenirent:  
ipse in ijs quæ docebat, alaci  
præiens exemplo. Inter alia  
misericordiæ opera, ut mortu-  
orum funera ducerent, & in se-  
pulturam pauperum, ditiores sū-  
ptum facerent, hortabatur; co-  
piosam ejus commiserationis  
retributionem in operibus san-  
cti Tobiæ declarando: ipse pi-  
ctatis hoc officium Christianæ  
nunquam oblata occasione in-  
termittēs, & proprio sum-

ptu

ptu justa pauperibus persolvēs.  
Ne autem quis desiderare posset in eo, aliquod solicitudinis pastoralis officium, & ejus culpā se perisse coram supremo Judice justè queri posset, assiduo se intra līmites parochiæ continuit, convivia luxum redolentia, tam parochianorum, quam vicinorum nobilium devitando. Ubi tamen, quando, & quibus speraret suam præsentiam, ac potissimum simplicibus profuturam. Semper se comem, benignum, lenem modestum affabilem, & cunctis accessu facilem exhibebat; cibo, potui, somnoque parcius indul-

36

Vita S. Bogumili  
gens, ut in vigili pastoralis of-  
ficii statione; ad reficiendas suæ  
fidei commissas oves , Sacra-  
mentorum mysteriis , noctu ,  
diuque esset expeditus.

## CAPUT X.

*Prædicationis talento fideliter  
negotiatur.*

**N**Ec verò illud obscurum est  
Dei, & proximi dilectionis  
indictum , talenta divinitùs si-  
bi tradita in negotiationem cæ-  
lestium margaritarum, & usu-  
ram, lucrumque animarum fa-  
miliæ Domini, liberaliter ex-  
pendere. *Hunc enim servum fi-  
delem, atque prudentem, præ-  
posi-*

Archiepiscopi Gnesnensis 57  
positum familiæ significat, cōmo-  
da atque utilitates sibi commis-  
si populi curantem. Qui si dicto  
audiens, & præceptis obediens e-  
rit, id est., si doctrinæ opportuni-  
tate, & veritate infirma confir-  
met, disrupta consolidet, depra-  
vata convertat, & verbum vitæ  
in æternitatis cibum alendæ fa-  
miliæ dispendat, atque hæc agens,  
bisq; immorans deprehendatur :  
gloriam à Domino tanquam di-  
spensator fidelis & villicus utilis  
consequetur, & super omnia bona  
constituetur; id est, in Dei Gloria  
collocabitur- Nactus erat natu-  
ræ beneficio præclaras ad per-  
suadendum dotes Bogumilus,  
justam-

justam uiri staturam, quæ nec proportionis, & symmetriæ totius corporis partium excederet mensuram, nec ab ea quavis parte deficeret, latera firma, vocem sonoram, vultus gravioriter compositi majestatem, sermoni etiam conferente gratiā facie liberali. Sed in his omnibus plus operabatur fervēs proximi charitas, ardens propagandæ divinæ gloriæ zelus, indefessum Sacrarum literarum studium, sanctorum patrum lectio, beneficiorum Dei, maximè redemptionis humanæ meditatione & virtutum, quas auribus mentibusque instillabat audit-

ditorum, in se ipso expressum  
exemplar. Æstuabat cor ejus  
divini amoris incendio tam va-  
sto, ut totum orbem illo igne,  
quem Christus Dominus, *Venit*  
*in terram mittere* conflagrare  
desideraret. Quidquid ad Dei  
gloriam opportunum videret  
amplificandam, nullo modo si-  
bi negligendum putabat, tan-  
quam fidelis talentorum Do-  
mini dispensator. Quidquid de  
suggestu dicturus erat populo,  
sive vitia detestaturus, sive vir-  
tutes commendaturus, sive sup-  
pliciorum æternorum pænas e-  
xaggeraturus, sive felicis bono-  
rum operum retributionis gau-  
dia

*Vita S. Bogumili*  
dia explicaturus, sive beneficio-  
rum Dei, & in his potissimum  
redemptionis generis humani  
magnitudinem enarraturus, si-  
ve ad pœnitentiam de sceleribus  
admissis peccatores, hortaturus,  
omne illud intra præcordia, &  
flagrantis Dei amore cordis  
medullas, decoquere, lachry-  
mis foras erumpentibus usita-  
tum habebat, non prius popu-  
lo, quam sibi magister. Nulla  
sibi quantumvis elaborata, & ad  
profectum proximorum acco-  
modata sapiebat oratio, sive  
contio, quam non svavi dulcif-  
simi nominis Jesu commemo-  
ratione, condivisset. Nomen  
quippe

*Archiepiscopi Gnesnensis* 61

quippe hoc divinum , sciebat  
esse oleum effusum, quod & odo-  
rem salutis halaret, in vitam æ-  
ternam anhelantibus , & fœto-  
res peccatorum dissiparet, profi-  
cientibus virtutum splendores  
illuminaret , tepidos accende-  
ret, fessos recrearet, pusillani-  
mes corroboraret, & igni cha-  
ritatis liquefactas mentes , in  
consortium divinæ naturæ mi-  
sceret. *Neg̃ enim aliud nomen*  
*est sub cælo datum hominibus in*  
*quo nos oporteat salvos fieri,*  
Quoties autem nomēn hoc sa-  
lutiferum, vel Deiparæ Virgi-  
nis Mariæ pronuntiandum illi  
fuit, tam in Ecclesia, quam ex-

tra

tra, toties cum demissa reveren- ce  
tia caput inclinabat, & exemplò an-  
docens, & verbis quandoq; ru-  
dem admonens plebem, quænā re-  
sacrosanctis nominibus venera-  
tio deberetur.

## CAPUT XI.

*Doctrinam Christianam rudi-  
populo explicat.*

**E**T quámvis tanquam ignitus  
Seraphim, maximè in  
Votis haberet, voluntates ho-  
minum ad Dei amorem, pluri-  
morum ipsius beneficiorum re-  
cordatione, inflammare, tamen  
ad captum hebetis plebeculæ,  
sese demittens, comprimis ne-  
cessaria

cessaria scitu doctrinæ Christi-  
anæ capita, vulgaris sermonis  
simplicitate, adhibitis etiam, ubi  
res posceret similitudinibus,  
præsertim circa Sanctissimæ Tri-  
nitatis, Incarnationis Domini-  
cæ, atque sacrosanctæ Eucha-  
ristiæ mysteria, & alios fidei  
articulos, explanabat. Maxi-  
mus autem illi labor fuit, in  
extirpandis paganæ supersticio-  
nis reliquiis. Nam quamvis  
per fidem Christo adhæsissent,  
à centum jam, & amplius annis  
Poloni, tamen indocile vulgus,  
sommiorum conjecturas, vanas  
& observationes, & diversas divi-  
nationes in humanarum actio-  
num

num eventibus eo retinebat ob-  
stinatius, quò diuturniore ma-  
jorum consuetudine circa pri-  
scam idolatriam fuissent ra-  
dicatae. Præceptorum ergo De-  
calogi errabundis ovibus dili-  
genter materiam elucidabat,  
docens tam medendi modos,  
qui fundamentum in connexio-  
ne causarum naturalium non  
haberent, quàm sortilegia, in-  
cantationes, magiam, necro-  
mantiam, & quasiis divinatio-  
nis species, à diaboli fraudibus,  
& pacto seu expresso sive tacito  
promanare; ac proinde qui ta-  
libus occupantur, aut credunt,  
primo præcepto divino repu-  
gnare

gnare; reliqua illis in ordine  
Dei præcepta retexens, & obli-  
gationem illorum, sub peccati  
mortalis reatu, & salutis æter-  
næ dispendio, annuntians; *quo-*  
*niam qui talia agunt regnum Dei*  
*non consequentur.* Commen-  
dabat illis testamentum sancti  
Adalberti Martyris, sive canti-  
cum Polonis, antequam iret in  
Prussiam relictum, in quo is  
præcipua quædā Christianæ in-  
stitutionis capita, brevi compē-  
dio, pro facilitiori reminiscentia  
complexus fuerat, potissimum  
cultum, & venerationem Dei-  
paræ Virginis, redemptionis  
humanæ mysterium, & invo-

E                    catio

65    *Archiepiscopi Gnesnensis*  
cationem sanctorum continēs,  
atque ut illud devotè cantarent,  
hortabatur. Multi quidem &  
graves sancto labores, in tam  
difficili & rūdis plebeculæ cultu-  
ra exātlandi fuerunt, eos tamen  
solabantur dulces percepti fru-  
ctus, in populo simplici, & sin-  
cero corde monitis pastorali-  
bus, obsequente. Monebat a-  
gricolas, ut vita suos tempera-  
rent, alternis operibus, labores,  
ne solicitude rerum temporali-  
um, intentionem animi, ab ijs  
quæ ad cultum Deo exhibendū  
pertinent, averteret: tum etiā  
frequenter insinuabat illis, ne  
ad ullum opus peragendum  
sese

sese accingerent, nisi prius actus  
omnes diei præsentis, ad Dei  
gloriam collimarent, quod dum  
festis celebribus opere servili ab-  
stinentes, & sacrosanctum Mis-  
sæ sacrificium audientes, fide-  
liter exequerentur, magna so-  
licitum exhilarabant voluptate  
pastorem: qui sancta æmulati-  
one, & ferventi zelo, quas au-  
ditorum mentibus virtutes o-  
ptabat inferere, illas à truncō,  
& radice sui exempli, luxurian-  
tibus surculis transplantabat,  
ita saviter ad currēdam mā-  
datorum Dei viam, populum  
alliciens, imo fortissimè pertra-  
hens, signorum gratiam, à Chri-

67 Archiepiscopi Gnesnensis  
sto Domino credentibus pro-  
missorum, uberem consecutus.  
*Quantis enim ille cœcis in via*  
*veritatis errantibus, & de sum-*  
*ma iam in profundum rupe pen-*  
*dentibus, amissum reddidit visū,*  
*& illum, quo Christus videretur,*  
*reparavit intuitum? Quantorum*  
*auribus surdis, & infidelitatis*  
*obturatione damnatis, ad percí-*  
*piendam vocem coelestium man-*  
*datorum, pretiosum infudit au-*  
*ditum, ut vocanti Deo ad misé-*  
*ricordiam responderent per obe-*  
*dientiam? Quantos intrinsecus*  
*vulneratos, Angelici oris arte, &*  
*orationū, ab infirmitate curavit?*  
*Quantos per longam incuriam,*  
pecca-

Vita S. Bogumili 68  
peccati labe resolutos, & quadā  
lepræ contagione perfusos, castiga-  
tionibus, & exhortationibus ex-  
piando, Deo in se operante, mun-  
davit? Quantorum animas vi-  
ventes in corpore iam defunctas,  
& delictorum mole obrutas, ac  
sepultas, ad emendationem, tan-  
quam ad lucem vocando, Deo  
resuscitavit, ut Domini sui admi-  
randus imitator iam mortuas  
Deo, è contrario mortificet vitali  
morte peccato?

## CAPUT XII.

Constituitur Decanus Ecclesiæ  
Metropolitanæ.

**G**RATIFICATORUS tantis virila-  
boribus Archiepiscopus,

E3 Dec-

69 *Archiepiscopi Gnesnensis*

Decanali eum in Ecclesia Me-  
tropolitana, Gnesnensi digni-  
tate condecorat, nihil prensan-  
tem: procul enim aberat à viri  
sancti moribus, illud *Subtile  
malum, secretum virus, pestis  
occulta, doli artifex, mater hy-  
pocrisis, licoris parens, vitiorum  
origo, tinea sanctitatis, execa-  
trix cordium, ambitio.* Non mu-  
nus illi ab obsequio, vel à ma-  
nu, vel à lingua aditum para-  
vit ad dignitatem, quibus viis  
eniti plerumque solent ambiti-  
osi homines, ad summa hono-  
rum fastigia, sponte cœco im-  
petu in præcipitum barathri-  
mentes, non examinata virium

ad

ad dignitatem proportione; &  
quid humeris oneri ferendo  
valeant, nihil considerantes.  
Ipse simplex virtutis candor,  
& vehemens cultus divini pro-  
pagandi ardor, laborque in quæ-  
rendis animarum lucris inde-  
fessus, aditum ad eam digni-  
tatem paravit Bogumilo. La-  
borabat fidelis in vinea Domi-  
ni operarius, non se quærens  
extra, parvo contentus benefi-  
cio, satis locuples suo patri-  
monio, de quo sibi, & paupe-  
ribus vitæ necessaria provide-  
bat: tamen, sicut ad hūc digni-  
tatis gradum se non superba  
provexit ambitio, ita neque o-

71    *Archiepiscopi Gnesnensis*  
pum paternarum abundantia,  
animum generosum insuperbiā  
impulit, ut aspernaretur inter  
illūtres Ecclesiæ Metropoli-  
tanæ Senatores, facundus Præ-  
latus conscribi, onus in honore  
considerans. Etenim Decani  
officium est: ritum divini cul-  
tus, per Diæcesim ordinare,  
horis Canonicas, ut devotè, ac  
graviter in Ecclesia Cathedrali  
peragantur, attendere, inter be-  
neficiatos, Choro perpetuis tē-  
poribus adscriptos, pacem, con-  
cordiam, tranquillitatem ani-  
morum fovere, seriem mini-  
steriorum, juxta ordinem, &  
personarum senium, disponere,  
&

& ne quid desit ad implenda  
divinæ laudis munia , solerti  
consideratione circumspicere.  
Porrò quamvis, ut annexo Di-  
gnitati oneri satisfaceret , ab-  
dicare vellet à se beneficii Cu-  
rati Ecclesiæ Dobrovensis so-  
licitudinem, tamen ab Archie-  
piscopo rogatus ne id ficeret,  
obedienter acquievit: nihil Sā-  
etum reputans, quod quis con-  
tra obedientiam auderet , aut  
moliretur. Fuit tunc ea tempo-  
rum conditio, ut unus in plu-  
ribus Ecclesiis conscribi debe-  
ret, ob sacerdotum penuriam.  
Itaque onera imposita sibi be-  
neficiorum sic alternabat , ut  
celebri

73 Archiepiscopi Gnesnensis  
celebrioribus diebus Choro Ec-  
clesiæ Metropolitanæ adesset,  
ac ne ulla in persolvendo di-  
vini officii debito negligentia  
obreperet, diligentius circum-  
spiceret, substituto interim Sa-  
cerdote, ad parochiam, qui o-  
nus curæ pastoralis sustineret  
ad tempus modicum, dum re-  
verteretur, reliquis temporibus  
assiduus in sua parochia resi-  
dens, juris divini mandato reli-  
giosè obtemperans.

CAPUT XIII.  
*Diligentia eius in munere Deca-  
canali & miraculum.*

Ade-

**A**Deptus eam dignitatem, Collegium Vicariorum convocat, præmissaque de divinæ laudis excellentia oratione, in qua diserto sermone, quomo- do Angelorum cœtus suis hie- rarchiis distineti, summo crea- tori alternantibus choris, to- ta viriū colluētatione, cum pro- funda reverentia, filiali timore, ac voluntatis ardore flagrantif- simo jubilant, cùm explicuis- set: eos ad æmulam cœlestis chori contentionem, quantum imbecillitati humanæ liceret, adhortatus est diligenter, ut memores, quod eidem Domi- no in conspectu Angelorum

sal-

75. *Archiepiscopi Gnesensis*  
psallerent, devotè, reverenter,  
attentè, cum gravi pausa, mu-  
nus Angelicum, ut ipsi Ange-  
li Domini exercitum, exequen-  
tentur. Atque ne ulla torpe-  
do mentis, tarditas corporis,  
aut horæ alicujus omissio sub-  
reperet, Vicedecano seriò in-  
junxit: ut semper Choro inter-  
esset, & ne quid eorum, quæ  
à se ordinata sunt, intermitte-  
retur, accuratè invigilaret. Pun-  
ctatori deinde negotium dedit,  
eos qui abessent, aut infra of-  
ficium confabularentur, vel  
quoquomodo cursum illius si-  
ve impedirent, sive inturbar-  
rent, connotandi, ut negligen-  
tibus

tibus stipendium pro pæna sub-  
tractum, in subsidium diligen-  
tum caderet. His ita con-  
stitutis, redibat ab parochiam  
boni pastoris officium imple-  
turus. Non illum sublimior  
dignitas à conversatione rudis  
plæbeculæ abstraxit; non egit  
in transversum rectæ intentio-  
nis scopum honorum cupiditi-  
tas: non tumor vanus, aut ina-  
nis fastus, sollicitudinem curæ  
pastoralis remisit: Non amor  
excellentiæ propriæ, altius ad-  
duxit supercilium, ut aliquem  
pauperem aliquādo despixerit;  
idem qui supra Bogumilus, co-  
mis ad omnes, accessu facilis,

beni-

77 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
benignus, affabilis, liberalis ni- f  
si quod opulentiore auctus cen- r  
su, necessitatibus egenorum, q  
quam ante, provideret suffici- d  
entiūs, eundem in prædicando r  
tenuit fervorem, eandem susti- p  
nuit in administratione Sacra- p  
mentorum curam, eandem in e  
fovendis Christi pauperibus ser- q  
vavit solitudinem, fidelis bo- a  
norum Domini dispensator; a  
quod Sancti viri studium, & a  
ardens salutis proximorum ze- t  
lus, quantum sibi placuerit, c  
Divina majestas miraculo com- n  
probavit. Nam cum horis Ca- t  
nonicis, rite persolutis in Ec- c  
clesia Metropolitana Gnesnēsi, n  
festis

festis principalioribus, ad Parochialem suam Dobrovensem, quindecim milliaribus Gnesnâ distantem, rem divinam factudo rus pergeret, summo desiderio populus adventum ipsius, in ripa fluminis præstolari solebat, in eò quod Varta rapidus fluvius, qui vernis, autumnalibusque aquis, plus nimio ultra usitatū alveum excrescit, sibi aditum & ad insulam, in qua templum situm est, intercluderet. Quod cum vir sanctus perveniret, magna fiducia divini auxilii fratus, superficiem fluvii siccis pedibus premens ad insulam peresi, meabat ipse, populumque suis vesti-

79 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
vestigiis jussum pergere, confidenter ad Ecclesiam adduxit,  
eodem miraculo, super aquas  
ambulantem. Rite vero pera-  
etis in templo divinis officiis,  
eodem itinere vir sanctus cum  
populo sequente se, in adversam  
fluminis ripam, siccis plantis re-  
grediebatur; ubi consistens, pi-  
sces in Dei nomine ad se vo-  
cavit, qui cum glomerantibus  
cuneis, plurimi jussis viri Dei  
obtemperantes, accessissent, co-  
plures ex iis captos, in esurien-  
tem populum, quantum cuique  
opus erat distribuit, reliquos in  
undas abire, benedictionem il-  
lis impertitus, jussit: ac eodem

tem-

*Vita S. Bogumili,* 80

tempore Gnesnam pro prandio,  
una cum collegis Prælatis, &  
Canonicis, horâ solitâ sumen-  
do, redibat.

C A P U T XIV.

*Fides Sancti Bogumili*

**S**Ex in his actibus viri Sancti mi-  
racula emicat, primum, quod  
quindecim millaria, (post horam  
sextam officii divini, juxta usum pa-  
triæ, videlicet post horam nonam in  
medio horologio) intra unam  
circiter horam, ut competenti ad  
celebrandum tempore adesset, Do-  
brovi, confecerit. Secundum,  
quod super aquas ipse siccis pe-  
dibus ambulaverit. Tertium  
quod populum etiam per eas

F mira-

81 Archiepiscopi Gnesnensis  
mirabiliter traduxerit. Quar-  
tum, quod eadem viâ cum po-  
pulo redierit, nam longa, qua-  
lis est, Missæ, & Concionis, a-  
ctum interpolatio , distinctum  
tanto temporis intervallo pro-  
dit esse diversum. Quintum  
quod pisces imperio habuerit  
obsequentes. Sextum denique,  
quod intra horam, per millia-  
ria quindecim, ad sumendum  
tempore congruo , cum Cano-  
nicis prandium, reverti soleret.  
Increbuit hæc in illis partibus  
fama, quod sancti viri benedi-  
ctione, de qua præmissum est,  
pisces eo loci in tantum sint  
multiplicati, ut etiam nunc ini-  
bi

bi abundant magis, quam alibi usquam in Polonia, & sapore longè aliis, qui eodem Varten-  
si continentur fluvio, præstent. De cancris certò compertum est, eos ibi saporis optimi re-  
periri, in tanta copia, ut toti, non modò Syradiensi oræ, ve-  
rum etiam Posnaniensi tractui, qui ad eundem fluvium situs, est, assatim sufficiant. Atque hinc perspicuum est, quantum divina Bogumilus excelluerit fide, cui Christus Dominus miraculorum operationem attribuit. *Amen dico vobis, quia quicunqz dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare &*

83 Archiepiscopi Gnesnensis  
non habitarerit in corde suo, sed  
crediderit, quia quodcumque dixe-  
rit, fiat, fiet ei. Cum vero, mo-  
tis nomine nonnunquam Diabo-  
lus significatur propter superbia,  
qua se contra Deum erigit, &  
esse vult similis Altissimo; mons,  
ad preceptum eorum, qui fide  
fortes sunt, tollitur de terra, &  
in mare proiecitur, cum predicati-  
bus Doctoribus Sanctis, immuni-  
dus spiritus ab eorum corde re-  
pellitur qui sunt praordinati. &  
in turbulentis, amarisque infideli-  
um mentibus vesaniam suæ tyrann-  
idis exercere permittitur; ma-  
nifestè constat quod ferventi  
Evangelii predicatione, quæ  
fidem

fidem in mentibus auditorum generat, complures tales montes, è superbis fastuosorum divitum animis, ejectedos, in Phlegethoneum mare præcipitaverit sanctus Bogumilus. Hæc nēpe assidua Prædicatorum occupatio, cum faverrimo generis humani hoste configere, ac ipsius fallaces technas, nē ijs incautæ fidelium mentes illaqueantur, retexere ac dissolvere. Fide, quam instillant Prædictores auribus corda credentiū attolluntur, ut conversationem suam in cœlis recognoscentes, terrenas possessiones, & divitias, salutarem Verbi Dei semen-

## 85 Archiepiscopi Gnesnensis.

tem suffocantes, generosa magna-  
nimitate despiciant. Hac  
Petrus, cui non caro, & sanguis,  
sed Pater cœlestis revelavit, al-  
tiùs à terrenis elevatus cogita-  
tionibus, per insanos furiosi ma-  
ris fluctus, corporeæ concreti-  
onis immemor ad Christum cu-  
currit: cuius nisi fidei ardor in-  
tepuisset, optatum iter securè  
fuisset emensus. Mergi cœpit,  
quia dubitavit: modicamque fi-  
dem Christo vocanti habuit.  
Quis verò hic non videt, quan-  
tò sublimius nostrum Bogumi-  
lum fidei constantia extulerit,  
dum nihil dubitat inusitatum  
hominibus iter aggredi, & ra-  
pidos

pidos Vartæ vortices siccis ur-  
gere vestigiis? Neque solus dum-  
taxat tantæ fidei stabilimento  
inhæsit, sed illius solidam fir-  
mitudinem, etiam Verbum Dei  
devotè audientis turbæ auribus,  
& pectoribus feliciter impressit,  
ut se quemadmodum salutis æ-  
ternæ ducem ita & itineris flu-  
ctivagi, cordib⁹ impavidis sequi  
præeuntem, minimè hallucina-  
rentur. Jucundum erat effusæ  
vicinitati spectaculum, novos  
Isràelitas infemine Abrahæ be-  
neditos, portentosis aufibus,  
fluetus tumida elevione aqua-  
rum superbos, siccis exsuperan-  
tes plantis, intueri. Admiran-

87 *Archiepiscopi Gnesnensis*

dam fidei exuperantium multū  
diuque religiosa suspexit anti-  
quitas, dum in vetustis templi  
parietibus, per aquas populo  
præeuntem, & piscibus impe-  
rantem, rudi quidem, sed ipsa  
vetustate commendabile peni-  
cillo, transmisit, nunquam de-  
tantis hæsitaturæ miraculis po-  
steritati, Bogumilum. Fuit hoc  
calcandi aquas miraculum, ad  
corroborandam in fide Polo-  
niā ante centum annos ad  
Christum conversam, peropor-  
tunum: quo iterum fidem, in-  
nocentisque vitæ integritatem,  
atque ardens in promovenda  
salute proximorum studium,

post

post annos centum, sancti Hyacinthi Poloni Ordinis prædicatorum placuit supremæ majestati condecorare: cum is Vandalum fluvium, prope Vi-sogradum aquis redundantem, nullo navigio trajecit, sociis quoque expanso super undas pallio traductis. Est profectò cur Poloni singulares gratias di-vinæ majestati agamus, quod majoribus quam ipse fecerit Christus Dominus, nostros sanctos miraculis dignatus sit honorare. Legimus Christum Do-minum sæpe in trajiciēdis aquis navigio usum, semel duntaxat super aquas ambulasse, & bea-

tum

89 Archiepiscopi Gnesnensis  
tum Petrum ambulantem in flu-  
ctibus suâ dexterâ, ne merge-  
retur, erexit. Sanctus Bogu-  
milus citra návигium, sápius  
trajecit Vartam. Christus Do-  
minus quatriduanum Lazarum  
suscitavit à mortuis; Sanctus Sta-  
nislaus triennalē Petrum è tu-  
mulo, ad perhibendum veritati  
testimonium, excivit: nempe  
illa fides, horum Sanctorum ex-  
titit, cui majora miracula Chri-  
stus Dominus adpromisit: *Ame-  
amen, dico vobis, qui credit in me,  
opera quæ ego facio, & ipse faciet,  
& maiora horum faciet.*

CA-

C A P U T XV.

Præficitur Ecclesiæ Metropolitanae Archiepiscopus.

**I**oannes primus Gnesnensis Archiepiscopus, vulgo Janicus extremum interea vitæ diem clausit ischidiata ægritudine quâ diutius laboraverat confectus, postquam Ecclesiam per annos quindecim gubernasset. Cum igitur frequens Senatus Prælatorum, Canonicorumque ad providendum de sponso Ecclesiæ viduæ convenisset, non diuturna deliberatione Cleri populiq; desiderium tenuit, ut ad Bogumilum cuius vitæ sanctitas fatis omni

91 Archiepiscopi Gnesnensis  
omnibus fuit explorata, fasces  
dignitatis excelsæ deferrent.  
Obluctatur suffragiis Collegarū  
verè humilis sacerdos, quâ pre-  
cibus, quâ lachrymis, nè onus  
angelicis humeris formidandū  
imponerent suæ imbecillitati,  
obsecrando: sed potius dignio-  
ris, qui tam arduo labore susti-  
nendo par esset, (virum nomine  
proprio indigitando) merita tā  
sublimis honoris fastigio coro-  
narent. Cùm verò reluctanti,  
Electores frustra suas preces op-  
ponerent, severam iis commi-  
nationem adjunxerunt, ut apud  
se diligentius expenderet, an e-  
lectioni dissentire, non sit resi-  
stere

ces stere Spiritui Sancto, qui volū-  
tates & animos, omnium con-  
cordi suffragio in se pertraxisset?  
Tandem passus sibi persvaderi,  
accinxit fortitudine lumbos,  
Spiritus Sancti opem implorās,  
ut qui se ad onus tantum vo-  
casset, vires ferendo illi, digna-  
retur suppeditare idoneas. Ab  
Alexandro igitur Tertio Sum-  
mo Pontifice, confirmationem  
obtinuit; atque à Vicinioribus  
consecratus Episcopis, & pallio  
decoratus, Ecclesiæ gubernacu-  
lum anno Christi 1167. maxima  
omnium Ordinum, de sancto  
Præfule ovantium, congratula-  
tione, apprehendit. In tam ex-  
celso

93. *Archiepiscopi Gnesnensis*  
celso dignitatis culmine consti-  
tutus, tanquam bonus specula-  
tor rationes priuūm vitæ suæ  
circumspexit, & firma timoris  
Domini lege circuſcripsit, ſeriò  
conſiderans, quām exactam rati-  
onē in die districti judicii; de tot  
ovibus vitæ curæ cōmissis, ſūmo  
Principi Pastorū eſſet redditu-  
rus. Itaque nihil de contēpla-  
tricis vitæ ſtudio remiſit, imo  
vigiliis, orationibus jejuniis, a-  
nimī perturbationibus edomā-  
dis cupiditatibus frāgēndis, &  
corpori ad rationis imperium  
ſubigendo, tantò vacavit inten-  
ſiùs, quantò hæc arma regendis,  
ac moderandis aliorum affecti-  
bus

bus, expeditiora, & magis ne-  
cessaria judicaret. Revolvens  
porrò illud jugi meditatione A-  
postoli effatum: *Omnis Pontifex  
ex hominibus assumptus, pro ho-  
minibus constituitur in his quæ  
sunt ad Deum ut offerat dona,  
& sacrificia pro peccatis; & sa-  
tagens ut ei muneri satisfaceret  
accuratiùs, tempus ante omnia  
stabili dispensatione ita distri-  
buit: ut tres horas contempla-  
tioni, orationibusque tam pu-  
blicis officii Divini quam pri-  
vatis, & lectioni Sacrae Scriptu-  
ræ, piorumque librorum impé-  
deret; deinde ad sacrosanctum  
missæ sacrificium, cum ordinata  
facul-*

95 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
facultatum animi, sensuumq;  
recollectione celebrandum, è  
cubiculo prodiret, quod tanta  
devotione pro se, ac populo  
solebat offerre, ut crebris pro-  
filiensibus ab æstu amoris divi-  
ni lachrymis, circumstantium  
voluntates compunctas, violēto  
quodam impetu in Deum ra-  
pere videretur: illud maximè  
Deum interno mentis affectu  
precatus, ne pretium sanguinis  
Christi Redemptoris, peccato-  
rum nostrorum propitiatio, suo  
tempore vilesceret, aut culpa  
sua, in aliqua ovicula sibi com-  
missa periret: & nè locò placationis  
iræ divinæ, severam ob-

fua

sua peccata, & negligentiam  
ignavus pastor in oves accen-  
deret vindictā. Reliqvum quod  
supererat matutini temporis, li-  
bellorum supplicum à subditis,  
pauperibusque sibi porrectorū,  
lectioni, causarum iudiciis, &  
discepcionibus cōtroversiarū,  
viduarum, & pupillorum ne-  
cessitatibus sublevandis: pome-  
ridianum verò, rei Oeconomi-  
cæ ordinandæ, litium anfracti-  
bus explicandis, Reipublicæ  
negotiis agitandis, ac litera-  
rum expeditionibus, finiumq;  
regendorū, nec nō honorū Ec-  
clesiæ defendendorum, mediis  
inveniēndis attribuebat. Resi-

G duam

97 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
duam deniq; diei partem, ve-  
spertinis precibus, meditatio-  
ni; & examini conscientiæ, Li-  
taniis, cæterisque pietatis exer-  
citiis dabat.

C A P U T XVI.  
*Virtutes & labores in Archie-  
piscopatu.*

IN conversatione humana,  
eminebat quædam in ipsi-  
us vultu augustior, ac huma-  
no prorsus fastigio sublimi-  
or majestas, ob pulcherrimam  
morum symmetriam, gestuūq;  
corporis decentem compositionem:  
qua in se bonorum ope-  
rum vivum exemplar, ad imi-  
tandū

tandum ovibus exhibebat : nullius virtutis prædicationem suscipiens, cuius species & pulchritudo, in suis actionibus non reluceret. Enitebat in viro Dei, singularis actionum, animique motuum temperantia, iræ, aliarumque cupiditatum refrænatione, consilii sani stabilitas, rerum gerendarum dexteritas, intolerandis perversorum impotunitatibus æquanimitas, in perferendis injuriis fortitudo, in cura subditorū indefessa sollicitudo, in colendis amicitiæ legibus imperturbata constanteria, in cibo, potuque discreta moderatio, & frugalis parsimonia.

nia, in excipiendis hospitibus  
generosa liberalitas, in susten-  
tandis pauperibus, profusa mu-  
nificentia, in sermone seria gra-  
vitas, in incessu circumspecta  
maturitas, in vultu severitati cō-  
juncta modestia, in castigandis  
erroribus, & vitiis misericors  
benignitas, in ornandis templis,  
apparatusq; sacris augēdis he-  
roica magnificētia, in propagādi  
cultus divini studio, zelus exæ-  
stans, in salute hominum pro-  
movenda, incredibile desideri-  
um, quæ insignia cādidae men-  
tis ornamenta, maximam illi  
apud omnes non modò gratiā,

sed

*Vita S. Bogumili*

100

sed venerandam etiam augebat  
authoritatem; quâ plurimum  
ollebat, in peccatoribus ad  
meliorem frugem, & saniora  
vitæ laudabilis consilia reducē-  
dis; quod munus Episcopi ma-  
xime proprium, ut cum majori  
subditi gregis exequeretur emo-  
lumento, cura prædicandi in  
Ecclesia Cathedrali aliis com-  
missâ ipse visitationis amplissi-  
mæ Diæcessis negotium suscepit,  
in qua plurimos charactere Cō-  
firmationis insigniens, docebat  
in hoc Sacramento rite dispo-  
sitis conferri septem dona Spi-  
ritus sancti; præsertim fortitudi-  
nis, ad libere nomen Domini

G3

con-

101 Archiepiscopi Gnesnensis  
confitendum, & fidem Christi  
absque vano fæculi timore, cō-  
stanter promulgandam, & alios  
cum profusione etiam sangu-  
inis, si hoc ferat necessitas, pu-  
blicè docendam, nullas ob e-  
jus constantem professionē ad-  
versitates, injurias, & persecuti-  
ones extimescēdo, in cuius for-  
titudinis evidens argumentum,  
circa hoc Sacramentum, non  
erubescunt palam sustinere ala-  
pam generoli Christi milites.  
Si aliquos reperiebat publicis  
peccatis obnoxios, leniter ad-  
monebat, & ad publicam pœ-  
nitentiam peragendam, scele-  
ris gravitate proposita hortaba-  
tur

tur, & quò quis deinceps reme-  
dio ad vitanda peccata utere-  
tur injungendo; tanquam bonus  
medicus, salutifera cataplasma-  
ta, exemplo Samaritani, vinum  
austeritatis, & oleum commi-  
serationis infundens, pœnitent-  
tibus applicabat. Compatieba-  
tur quidem ille humanæ fragi-  
litati, non tamen justum corri-  
piendi modum deserebat, præ-  
fertim ubi ad plures exempla  
perversi sceleris imitatores di-  
manare videret; ita se benignū  
in admonendo patrem præbe-  
bat, ut simul severum vitiorum  
se censorem exhiberet, quando-  
id poposcit, & peccantis pro-

103 Archiepiscopi Gnesnensis  
fectus, & consciorum criminis  
testium ædificatio: prudenter  
clementiæ severitatem, & seve-  
ritati clementiam intermisces.  
Sunt namq; nonnulli ita districti,  
ut etiā omnē mansuetudinē beni-  
gnitatis amittāt, & sunt nōnulli  
ita mansueti, ut perdant districti  
jura regiminis. Unde cunctis Re-  
ctoribus utraq; sumopere sunt te-  
nenda, ut nec in disciplinæ rigore,  
benignitatem mansuetudinis, ne-  
rursus in mansuetudine, districti-  
onem deserant disciplinæ: quate-  
nus nec à compassione pietatis ob-  
durescant, cum contumacem cor-  
rigunt, nec disciplinæ rigore mol-  
liant cùm infirmorum animos  
consolantur.

CA-

C A P U T XVII.

*Liberalitas in Pauperes.*

**C**Um verò bonus pastor de-  
beat dare animam pro o-  
vibus suis, ita ut ubi viderit ijs  
æternæ salutis, à lupo infernali  
periculum imminere, teneatur  
se vitæ præsenti obiicere discri-  
mini, ut è fauibus tartari peri-  
clitantes eripiat, (unde tam in  
hostili fidelium perfecutione,  
ubi non caput pastoris petitur,  
sed evertēdæ divinæ fidei ergò  
bellū geritur, quam in pestiferæ  
luis contagione, debet non  
subtrahere ovibus præsentiam,  
debet non fugere, quod facit  
mercenarius, sed fideliter, ac  
for-

105 Archiepiscopi Gnesnensis  
fortiter adesse, ac Sacra menta  
ministrare periclitantibus;) mul-  
tò, magis ad eundem spectat,  
temporalibus subsidiis, proxi-  
morū indigentiae succurrere. In  
*hoc enim cognovimus charitatem Dei,*  
*quoniam ille animam suam pro nobis*  
*posuit: Et nos debemus pro fra-*  
*tribus animas ponere. Qui ha-*  
*buerit substantiam huius mundi*  
*Et viderit fratrem suum neces-*  
*sitatem habere, Et clauserit vi-*  
*scera sua ab eo: quomodo chari-*  
*tas Dei manet in eo?* Implevit  
hoc discipuli dilecti præceptum  
Bogumilus; dum vitæ propriæ,  
urgente se charitate, prodigus  
per exundantem fluvium per-  
rexit

rexit, ut populo salutaris doctrinæ panē frangeret esuriēti, & peccatores per pœnitentiam Deo reconciliatos, ab æternis gehennæ cruciatibus, ad supernæ felicitatis hæreditatem trāsferret. Aquæ multæ non potuerunt extingvere charitatem illius nec flumina obruere. Sic qui paratus erat vitam dare pro ovibus, libentiūs substantiam hujus mūdi, earum necessitatibus sublevandis, erogabat, eò hilariore liberalitate, quò luculentius sibi constaret, partem sibi jure optimo, in redditibus Ecclesiastico-rum beneficiorum, pauperes, vēdicare juxta illud. *Quidquid habent*

107 Archiepiscopi Gnesnensis  
habent Clerici pauperum est, &  
domus illorum omnibus debent  
esse communes: susceptioni pere-  
grinorum, & hospitum invigila-  
re debent. Nempe Doctorum  
populi scire illud intereft: quod  
res quas aliqui superabundantes  
habent ex naturali iure debentur  
pauperum sustentationi. At nūc  
eheu quantis dici potest! Non  
minoris est criminis habenti tol-  
lere, quam cum possis & habeas,  
indigentibus denegare: esurien-  
tium panis est quem tu detines,  
nudorum indumentum, miserorū  
redemptio, & absolutio pecunia  
quam tu in terra defodis: tanto-  
rum scias invadere te bona, quā-  
tie

tis possis præstare, & nolis. Utinā  
timeant Ecclesiæ ministri, qui in  
terris sanctorum quas possident,  
tam iniqua gerunt, ut stipendiis  
quæ sufficere debeant, minimè  
contenti superflua quibus egeni  
sustentandi forent, impiè sacrile-  
geque sibi retinent, & in usus  
suæ superbiæ, luxuriæq; victum  
pauperum consumere, non verē-  
tur: duplii profecto iniquitate  
peccant, quod sic aliena diripi-  
unt, & sacris in suis vanitatibus,  
& turpitudinibus abutuntur, Et  
quamvis, qui esurientem pane  
Verbi reficit, & sitientem potu  
Sapientiæ, refrigerat, qui erran-  
tem in domum patris revocat, qui

inno-

109 Archiepiscopi Gnesnensis  
innocentem protegit, qui infirmū  
in fide assūmit, & confirmat, qui  
tribulatione oppresso subvenit cō-  
patiendo, vel consolando, veram  
dilectionem adimplet; tamen cū  
hœc omnia vitæ dilectionis ar-  
gumēta implevisset Bogumilus,  
non dum se iustitiæ Christianæ,  
& pleno pastoris officio satis-  
fecisse arbitratus est nisi etiam  
Ecclesiæ dispositioni obtempe-  
raret, quæ sic beneficia Episco-  
porum partitur: *Mos est Aposto-  
licæ Sedis ordinato Episcopo præ-  
cepta tradere: ut de omni stipen-  
dio, quod accedit, quatuor de-  
beant fieri portiones, una videli-  
cet Episcopo ac familiæ eius pro-*  
pter

Vita S. Bogumili 110

pter hospitalitatem, atq; suscepti-  
onem: alia Clero: tertia pauperi-  
bus: quarta Ecclesiis reparandis.  
Hanc ille consuetudinem fideliter  
observavit, quamvis enim  
tam Prælatorum, & Canonico-  
rum, quām aliorum curatorum  
Vicariorum, & Capellanorum  
Sacerdotum, redditus in suis be-  
neficiis erectis destinatè fuissent  
constituti, tamen cùm frequen-  
tibus Ecclesia indigeret mini-  
stris, Domus Episcopalis, tunc  
Clericorum & puerorum ad Ec-  
clesiastica obsequia formando-  
rum seminarium fuit. Neque  
solum de bonis, & redditibus Ec-  
clesiæ pavit esurientes, operuit  
nudos

III. Archiepiscopi Gnesnensis  
nudos, sepelivit mortuos, ho-  
spitalitatemque peregrinis exhi-  
buit Bogumilus, verum etiam  
de amplissima patrimonii sui  
forte, plurimum in opera mife-  
ricordiae contulit.

### C A P U T XVIII.

*Monasterium Coronoviense Or-  
dinis Cisterciensis fundat.*

**V**T justorum semita quasi  
lux procedit, crescens in  
perfectum diem, ita liberalitas  
Bogumili à sustentatione pau-  
perum, provisione viduarum, &  
pupillorum, susceptione, pere-  
grinorum, ad heroicam progre-  
ditur magnificentiam . Nam  
hoc

sis  
, ho-  
exhi-  
etiam  
ii sui  
mife-  
  
Or-  
t.  
quasi  
ns in  
alitas  
pau-  
m. &  
pere-  
ogre-  
Nam  
oc

Vita S. Bogumili

112

hoc interest inter utramq; virtutem, quod illam, quisq; privatus, pro modo facultatum surarum, exercere possit in egentes: hæc Principum propria est, quæ sublimi magnitudine animi, rarum quid, & admirabile destinans, sumptus splendore principum dignos, ad perficiendum excelsi propositi molimē, libenter impendit; qualia sunt admirationi hominum exposita monumenta: erectio Academiarum, fundatio Xenodochiorū, ædificia basilicarum, quæ non nisi larga pecuniarum profusione, ab heroibus perfici solent. Nam superbæ palatiorum mo-

H les

113 Archiepiscopi Gnesensis  
les, quamvis curiosos spectato-  
rum oculos trahant in admira-  
tionem sui, obliquis tamen  
plerumque hirquis, à nonnullis  
non sine gemitu considerari so-  
lent, quod vel oppressione sub-  
ditorum, vel alienæ fortis usur-  
patione, vel tenuioris viciniæ co-  
arctatione vel subtractione debitæ  
pauperū sustentationis, ad invi-  
dendum culmen assurexerint:  
tanquam ipsis oppressorum la-  
chrymis, ac læsorum maledi-  
ctis, in ruinam trahentibus, fu-  
nesto aliquando casu succutiē-  
da ominantes, & nonnunqua-  
vindex injuriam bidentali im-  
precantes. Florebat tunc Or-  
do Cisterciensis sub Regula San-

cti Monachorum Patriarchæ  
Benedicti, religiosè militans,  
Divi Bernardi sanctitate, ac do-  
ctrinâ illustris, in quo & studi-  
osa vitæ regularis observantia &  
erudiendorum puerorum cura,  
& hospitum benigna susceptio,  
sed imprimis erga sanctissimam  
Virginem Dei Matrem singula-  
ris devotio, longè latèque per  
orbem Christianum, favissi-  
mum sparserat odorem. Hunc  
cùm antecessor suus Gnesnensis  
Archiepiscopus, pia voluntatis  
propensione adamasset, voca-  
tis ex Burgundia eius Ordinis  
Sodalibus, Morimundensis Cœ-  
nobij alumnis, totam hæredi-

H2 tatis

115 Archiepiscopi Gnesnensis  
tatis partem, septem Villas, &  
de novem pagis decimas à du-  
obus Episcopis Cracoviensibus  
Mauro, & Radolfo de consen-  
su Capituli obtentas, perpetua  
donatione attribuit, cuius Or-  
dinis fratres iam ante, Christi  
anno 1145. Miesco sive Mie-  
cislaus senex Majoris Poloniæ  
Dux, in loco qui vocatur Lan-  
da prope Vartam fluvium tre-  
decim Villis in eorum susten-  
tationem adscriptis, præsentibus  
Petro II. Archiepiscopo Gne-  
snense, & Martino Episcopo  
Posnaniense, sub eodem Euge-  
nio pro dilectione Domini nostri  
Iesu Christi (ut diploma sonat)  
libe-

liberatoris animarum nostrarum,  
& pro veneratione gloriose genitricis eiusdem perpetuae Virginis  
Mariæ & omnium Sanctorum,  
de longinquis terræ partibus ad-  
ductos, de Cœnobio videlicet Ber-  
gensi, pro viris literatis, divino-  
rum celebrationibus, cœlestiumq[ue]  
contemplationibus, collocaverat.

Trahebat omnium corda Prin-  
cipum, in sui admirationem,  
recens exorti Ordinis sancti-  
monia, reverenda morum com-  
positio, generosus rerum secu-  
larium contemptus, assiduum  
divinæ laudis studium, eximius  
Deiparæ cultus, pacata vitæ cō-  
templatricis trāquillitas, & ex-

117 Archiepiscopi Gnesnensis  
cellentis doctrinæ opinio. Ita-  
que Bogumilus Avunculi sui,  
Joannis Archiepiscopi, cum  
exemplum sequi apud se statu-  
isset, quinque patrimonii sui  
Villas & de Villis quatuorde-  
cim decimas, cum consēsu Col-  
legii Metropolitani largitus est  
Ordini prædicto, ad fundandū  
Cœnobium in loco, qui Capi-  
tulo generali videretur magis  
idoneus, quæ bona in manus  
Boguphalii fratris jam tunc in  
monasterio Lucnenſi, āno Do-  
mini 1153. à Sbyluto nobili Po-  
lono condito, professi, consi-  
gnavit, quæ omnia bona: vide-  
licet Dobrovvo, Leszno, Rzu-  
chovvo

chovvo, Zadouvo, & Kuvoa-  
czewvo, Decimas in Chelm  
Krobavvo, Dambe-Ostrovvo,  
Komorovvo, Karszeyvo, Za-  
krzewvo, Besiekieri, Slavēcino,  
Grabovvo, Janislovvo, Kelni-  
ca, Chociemino, & Vvenglo-  
wa, Generale Capitulum Chri-  
stiano Episcopo Prussiæ, Mo-  
nacho Cisterciensis Ordinis, (eo  
quòd sua bona, quoruplusquā cē-  
tum villas in terra Culmensi  
habebat, donati one Conradi Du-  
cis Masoviæ, Pruteni Vastaver-  
rant) in subsidium possidenda  
contulit. Quæ deinde cum re-  
signasset Christianus anno Chri-  
sti 1233. Vvilhelmo Abbatì de

119 Archiepiscopi Gnesnensis  
Suleiovv, & eius Conventui ,  
pro voluntate Generalis Capi-  
tuli possidenda, is de mandato  
eiusdem Capituli, condidit mo-  
nasterium ultra Vistulam, è re-  
gione Cathedralis Ecclesiæ Vla-  
dislaviensis, in Villa Szpital,  
quod deinde in Villam Byschovv  
translatum , inde post annos  
septuaginta, ad oppidum Coro-  
novvo anno Domini 1288. in  
die Sancti Vitalis Martyris, 4.  
Calend: Maij sub regimine En-  
gilberti Abbatis Byschoviensis,  
transtulit Vislaus Episcopus  
Vladislaviensis, gente Zabavius.  
Unde Monasterium Coronoviense,  
primum sui fundatore  
grato

Vita S. Bogumili 120

grato animo agnoscit, & veneratur Bogumilum, hoc illi antiquitus tribuens elogium: *Bogumilus Archiepiscopus Gnesnensis de domo & familia Rosarum, homo pius, & Ecclesiasticus, pauperum & pupillorū strenuus defensor, in vita sui nulli iniurius, cultus divini ardentissimus zelator, & propagator, primus Monasterij Coronoviensis fundator.* Sic sanctus Bogumilus substantiam huius mundi, & bona sui patrimonii dispersit, dedit pauperibus, ac eo nomine potissimum illa Cisterciensi Ordini alaci largitione addixit, quod juxta sancti Patriarchæ

Be-

121 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
Benedicti præceptum, hilaris  
ibi hospitum receptio, accurate  
observetur: ut ita inexhaustus  
fons liberalitatis suæ, perpetua  
scaturigine in Christi pauperes,  
& peregrinos, manaret tanquā  
sibi singulariter illud dictum su-  
isset: *stude Ecclesias ienues pre-  
diorum tuorum collatione ditare  
da terram, & tolle cælum, posse-  
siones transitoriae transferantur  
in titulos hereditatis æternæ.*

## C A P U T X I X.

### *Justitia Bogumili.*

**J**ustitiæ, quæ unicunque jus  
suum tribuere mandat, à pri-  
mis pueritiæ annis habitum in-  
duerat

*Vita S. Bogumili.* 122

duerat, Parentum monitis diligenter auscultans, qui eum ab infantia Deum timere docebāt, & juris supremo rerum omniū Domino debiti reverentiæ cultus, & amoris, recitando libenter balbutiente adhuc lingua Orationem dominicam, salutationem Angelicam, & divinæ fidei symbolum, reddendi, creibriùs admonebāt: ut iam in rasa quinquennis infantis intellec̄tus tabula, fortiter hanc sententiam impressisse viderētur.

*Hāc conditione gignimur, ut generati nos Deo, iusta & debita obsequia prēbeamus: hunc solum neverimus, hunc sequamur, hoc vinculo*

vinculo pietatis adstricti Deo, & religioni sumus: unde ipsa Religio nomen accepit. Postquam plenum rationis usum adeptus est, cor suum, ac intellectum ad cognitionem Creatoris, divina fide; ac spe sublatū, ad cœlestiū honorū desideria erexit: iā inde statuēdo, quidquid ad Dei gloriam magis conducibile putaret, se fideli obsequio executurum: unde fiebat, ut dans operam literis, in gymnasio Gnesnensi, libens Ecclesiam visitaret, sacrumq; Missæ Sacrificium antequam intraret scholam, audiret, & munia divinæ

laudis

laudis à Sacerdotibus decanta-  
ta, sedula cogitatione rumina-  
bat, ob fideliter impensum ma-  
iestati supremæ tributum, mira  
voluptate animi oblectatus.

Cum versiculum horæ Tertiæ,  
diei dominicæ, inter psallentes  
Sacerdotes, secundum Ecclesiæ  
Gnesnensis morem ex ordine,  
in schola constituto, se tangē-  
te, *Inclina cor meum Deus in*  
*testimonia tua decantaret,* inti-  
mo quodam svavitatis gustu af-  
ficiebatur, ardentí desiderio pre-  
cando divinam maiestatem, ut  
se Sacerdotum collegio digna-  
retur coaptare; sic iam in an-  
nis puerilibus, dulces furculos  
alendæ

125 Archiepiscopi Gnesnensis  
alendæ senectuti comprimi ido-  
neos, trunko timoris Domini  
videbatur inseruisse. Principiū  
etenim nostræ salutis, sapientiæq;  
(secundum Scripturas) timor do-  
mini est. De timore Domini na-  
scitur compunctionis salutaris, de  
compunctione cordis procedit ab-  
renuntiatio, id est nuditas, &  
contemptus omnium facultatum,  
de nuditate humilitas procrea-  
tur, de humilitate mortificatio  
voluntatum generatur, de volun-  
tatum mortificatione extirpan-  
tur, atque arescant vitta, viti-  
orum expulsione virtutes fru-  
ctificant, atq; succrescent, virtu-  
tum pullulatione, puritas cordis

acqui

is  
ido-  
mini  
ipiū  
tięq;  
do-  
na-  
de  
ab-  
E  
um,  
ea-  
tio  
un-  
an-  
iti-  
ru-  
tu-  
dis

Vita S. Bogumili

127

acquiritur, per cordis puritatem,  
Apostolicæ charitatis perfectio pos-  
sideretur. Quæ omnia cùm in  
vitæ illius cursu ad amissim ex-  
pressa cernantur, iam in ipsis pu-  
eritiæ annis, vitæ Anachore-  
ticæ videbatur statuisse funda-  
mentum, nullis sæculi tempe-  
statibus eruendum, nullis volu-  
ptatum carnis blanditiis labefa-  
ctandum nullis Sathanæ machi-  
nationibus, de tenacis propo-  
siti constantia dimovendum.  
Atque in hoc fundamento, sive  
columna immobili, stabilem  
sibi fixit legem, ius suum uni-  
cuique tribuendi, cauendo di-  
ligenter, ne lingua volubilis, nō  
deter-

determinatam certa delibera-  
tione mentem, unquā præcur-  
pleret, aut animus in ancipiti bi-  
vio constitutus, verba in eam de-  
partem iactaret captiosa, ad quā  
quam se ipse minimè inclinaret; na-  
circumspecta ipsi cura semper quā-  
fuit, nulos astus ambiguis ver-  
borum ambagibus involvere,  
nulos tenere callida simulatio-  
ne, dolo, nemini mendacium Pa-  
pro vefitate obtrudere, nullūm  
operarium constituta fraude  
mercede; sed omnium pactorū  
conventorum, promissorum, li-  
citationum, commissionum, de-  
positorum, illibatam fide inte-  
merata, servare sinceritatem,

ad

bera- ad quam rem constanter im-  
æcur- plendam, ne verbis proximum  
iti bi- quomodocunque læsuris offend-  
eamderet, frænum linguæ, pauca lo-  
, adquendo, adduxit: ut quamvis  
naret; natura disertus esset, in collo-  
mper quo tamen hominum, mode-  
s ver- ratione sermonis uteretur.

vere,

latio-

cium

illùm

udare

Etörü

m, li-

n, de-

inten-

tem ,

ad

## C A P U T XX.

*Personarum ad Sacerdotium, &*

*Beneficia delectus.*

**F**actus Archiepiscopus Gne-  
snensis, accuratè jura iustitiæ,  
officia, & beneficia juxta me-  
ritorum uniuscujusque propor-  
tionem distribuentis, servabat;  
diligenter invigilando, ne vir-

I tus,

129 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
tus, & doctrina, exemplo, &  
Verbo in Ecclesiæ utilitatem la-  
borans, condignis frustrarentur  
præmiis; ac imprimis, *ut Ne-*  
*mini cito manus imponeret Apo-*  
*stolicæ obtemperans constitu-*  
*tioni seriam vigilantiam adhi-*  
*buit: proinde cum Archidiaco-*  
*nus, cum deputatis ordinando-*  
*rum examinatoribus, Sacrae*  
*Theologiæ ac juris utriusque*  
*Doctoribus suo fungeretur of-*  
*ficio, serio conditiones, & do-*  
*tes adscribendorum ministeriis*  
*Ecclesiæ ad trutinam sacrorum*  
*canonum expendens, & quâ*  
*quisque Diæcesi, patriâ, paro-*  
*chiâ, esset oriundus sollicitè in-*  
*quirens*

quirens, tum singulorū mores,  
natales, ætatem, doctrinam ex-  
plorans, solebat frequens adesse,  
ne quid circa eorum exactum  
desideraretur examen; conside-  
rando, utrum capita doctri-  
næ Christianæ alios iis imbutu-  
ri probè intelligerent; adver-  
tendo, tum & illud observari  
præcipiendo, ut non modò Cle-  
rici minoribus iniciati Ordini-  
bus, verùm etiam Scholæ paro-  
chialis Rector, Chori puerilis  
præcentor, & editui, tunicis ta-  
laribus, & nigri quidem colo-  
ris, veste superiore, sive toga  
uterentur: ut ita speciatim de-  
putati ministeriis Ecclesiæ ado-

131 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
lescentes, quantumvis Ordinis  
charactere minimè insigniti à  
communi populi vestitu discri-  
minarentur: qui mos laudabili-  
ter, in Ecclesiis Polonorum, ad  
Laurentii Gembicki Archiepi-  
scopi Gnesnensis tempora pe-  
rennavit, cùm præsertim Alber-  
tus Baranowski suūs antecessor,  
in prævaricatores hūus manda-  
ti pœnam statuisset. Tanta fu-  
it olim Polonorum erga Sacer-  
dotes observantia, ut non mo-  
do ipsis sub missam exhiberent  
venerationem, sed eos etiam,  
qui ad illorum vestium cultum  
proximè accederent reverenter  
haberent, & eis victimum compe-  
tentē

tentem alternatim sufficienter  
impertirent. Qui ad sacros or-  
dines præsertim subdiaconatus  
aspirarent, rigidiori subjiciebat  
examina, quod jam iis in sacro  
constitutis Ordine, missâ semel  
ad aratrum manu nefas esset  
retrospicere, nec amplius ad vo-  
ta secularia convolare. Ad gra-  
dum præbyterii, nisi qui distin-  
ctis interstitiis in Subdiaconatu,  
& Diaconatus Ordinibus, mi-  
nisteria sua fuissent executi, & in  
illis bene exercitati, ac ritus  
administrationis Sacramentorum  
callerent, ac ad populum in fi-  
dei articulis, & morum homi-  
ni Christiano congruentium,

133 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
doctrinâ erudiendum essent i-  
donei, ac sufficientes, non ad-  
mittebantur; sed repulsam tan-  
tisper patiebantur, dum implē-  
di muneric sui Ordinis, dogma-  
ta necessaria ediscerent. Porrò  
quamvis sine titulo provisionis  
non admitterentur Sacris ini-  
tiandi Ordinibus Clerici, tamē  
si quos videbat literis magis ex-  
cultos, quam communiter esset  
alii, & ad curam animarum e-  
xercendam aptiores, penes se fo-  
vebat, mores eorum cominus  
inspicio, & cui Ecclesiæ cū  
majori emolumēto possent ad-  
scribi trutinando; & quemad-  
modum in conferendis Ordi-  
nibus

nibus nunquam preceps judicium est secutus, ita in evehendis ad Ecclesiam Cathedralem, & ejus dignitates, atque Canonicatus viris, singularem habebat personarum delectum, quo nomine plurimum favit iis, qui morum gravitate, ac doctrinæ soliditate antecellerent: providens, ut in collegio Senatus Ecclesiæ, medium partem saltem haberet Doctorum, quorum in arduis Ecclesiæ negotiis securè niteretur consiliis. Sed per Joannem Laski Archiepiscopum Gnesnensem vigesimum nonū à Bogumilo successorem obreptitia narratione Leonis X.

135 Archiepiscopi Gnesnensis  
lioqui literatorum amantissimi  
Patroni, crebrius aures fatigan-  
tem, virtutis, & doctrinæ, præ-  
mio frustrati viri docti, conta-  
bescunt. Nam in principalib⁹  
Ecclesiis quinque Cathedralib⁹,  
Gnesnensi, Cracoviensi, Vla-  
dislaviensi, Posnanienſi, & Plo-  
censi quatuor duntaxat Docto-  
res in singulis locum habent ,  
duo in Theologia, duo in jure  
utroque laureati, reliquis exclu-  
sis excellentibus etiam Docto-  
ribus, qui ab utroque parente  
nobiles non censerentur.

C A P U T      XXI.  
*Peccatorum correctio*  
Justi-

**I**ustitiæ, quæ vindicationem, seu poenæ scelerum sacrissimorum sanctionibus propositas respicit, ita spiritu lenitatis, & mansuetudinis moderabatur, ut se patrem, prius blandis dehortationibus à concepta licentia furentis iniquitate, impios milites abducens, exhiberet: tandem ruenti in præceps audaciæ, cum magna plurimorum salutis ruina, severus morum censor, & justus iniquitatum vindex, fræna poenarum jure decretarū adduceret, proclivior ad misericordiam, tardior ad vindictā. Habebat præ oculis modū corripiendi, à Doctore gentium descri-

137 Archiepiscopi Gnesnensis  
descriptum: *Fratres, & si præoc-  
cupatus fuerit homo in aliquo de-  
lito. Vos, qui spirituales estis  
eiusmodi, instruite in spiritu leni-  
tatis, considerans te ipsum, ne &  
tu tenteris.* Considerabat offi-  
cium medendi efficax, à beni-  
gnitate, & mansuetudine pater-  
na, antequam ad ferrum & i-  
gnem devenire oporteat, debe-  
re proficisci. Quemadmodum  
etenim medici, ut præfuturum  
ægroto antidotum exhibeant,  
cùm sciant non aliter, nisi ama-  
rà potionē malum averti posse,  
illius amaritudinem saccharo-  
condiunt, ne medicinam æger-  
fastidiens, medicum desiderato  
fru-

frustretur effectu; ita qui utiliter alterum admonere volunt, verbis primùm blandis, ut disponant morbo animi laborantem, est necesse, ut amaram exhortationis portionem ferat levius, & sic ad saniora, qui corripitur, redeat consilia; ubi vero desperata ægritudinis intantum processit gravitas, ut aliis pestifera contagione vitam videatur eruptura, ad severiorem objurgationem descendendum erit, ut ad putidum membrum resecandum, ferro sit opus, & igni, juxta sancti Augustini Doctoris edictum: *emendatoriam sustinere vindictam si quis forte recu-*

139. Archiepiscopi Gnesnensis  
recusaverit de vestra projiciatur  
societate; non enim & hoc sit cru-  
deliter sed misericorditer ne cō-  
tagione pestisera plurimi s. perdat.  
Nimirum manifesta peccata non  
sunt occulta correctione purganda,  
sed palam sunt arguendi qui pa-  
lam nocent: ut dum aperta ob-  
iurgatione sanantur hi, qui eos  
imitando deliquerant, corrigan-  
tur, dum enim unus corripitur,  
plurimi emendantur, & melius  
est ut pro multorum salute unus  
condemnetur, quam ut per unius  
licentiam multi periclitentur.  
Porro qui non corrigit resecan-  
da, cōmittit, & facientis culpā  
habet, qui quod potest corrigere  
negli-

Vita S. Bogumili, 140

negligit emendare: Accomoda-  
vit publicis peccatoribus oport-  
tuna remedia Bogumilus, cum  
probis moderate, cum supinis ve-  
hementer, cum audacibus acer-  
bè cum cautoribus leniter agès:  
Ob animi pusilli timiditatem  
pastorum, qui metuentes delin-  
quētem offendere, seipso, &  
gregem perdunt, dirum mina-  
tur Deus supplicium socordiæ  
Prælatorum: Quod infirmum fu-  
it non consolidastis, quod ægrotū  
non sanastis, quod confractum est  
non alligastis, & quod abiectum  
est, non reduxistis. Ubi confra-  
ctum alligari, oportere sum-  
mus Pastorum Princeps decla-  
rat

141 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
rat, quod per censuras Ecclesia-  
sticas fit commodissimè, juxta  
potestatem à Christo Domino  
Petro traditam, & aliis pastori-  
bus Ecclesiæ in partem solici-  
tudinis vocatis communicatā:  
*Quodcunq; ligaveris super terrā,*  
*erit ligatum & in cælis;* quod  
diligentiūs exequi tenētur Præ-  
fules, quò magis illis iimendum  
est, ne publicorum peccatorum,  
iram Dei, contra totum Re-  
gnum provocantium, fiant par-  
ticipes. Qui enim perversos  
aut metuit, aut erubescit cor-  
rigere, nihil aliud facit, quam  
favet impietati eorum, cùm non  
careat scrupulo societatis occultæ,  
qui

Vita S. Bogumili 142  
qui manifesto facinori desinit ob-  
viare.

C A P U T    XXII.

*Iudiciorum forma*

**Q**UOTIES pro tribunali cura redditurus, juxta præscriptos à sacris Canonibus terminos sedit, toties memor judicium Dei exerceri, ab omnibus illiciis, quæ possent, aut æquum justitiæ cursum impedire, aut judicem trāsversum amore, odio, respectu, amicitiæ, sanguinis, muneris, agere, abstinuit: solo veritatis examine solido suffultus. Neminem de plenitudine potestatis, quam usurpare nequi-

143 Archiepiscopi Gnesnensis  
nequiit salvâ Domini Aposto-  
lici authoritate, motu proprio  
jussit ad citari nisi ad requisitio-  
nem, vel accusatoris, vel in pu-  
blicis criminibus Fiscalis Cu-  
riæ, ut reo daretur, contra defe-  
rentes calumniosè innocentem  
facultas agendi, pro pœna tali-  
onis, in quantum in probatione  
defecisset accusator. Namque,  
sic impune cuivis liceret inno-  
centem calumniari, & omnis  
humane societatis jura, convel-  
lere, si quod quis dicit, sine par-  
te judex audiat, & contumacē,  
ad affectionem partis adversæ,  
illum qui non est, pronunciet.  
Meminerat rectè processus sū-  
mi

mi judicis, & rerum omnium  
Conditoris cui quamvis esset A-  
dæ in obedientia satis perfecta,  
utpote, cui omnis voluntas lo-  
quitur, & quem nullum latet  
secretum, eum tamen conde-  
mnaturus, ut se sisteret iudicio,  
vocavit. Et in superbo illo Ba-  
bilonicæ turris molimine, de-  
scendit Dominus ut videret ci-  
vitatem, & turrim, quam ædi-  
ficabant filii Adam: Et in ne-  
fandis Sodomitarum sceleribus  
puniendis, datus est pœnitentiæ  
locus: *Descendam* (inquit Deus)  
*& videbo, utrum clamorem, qui*  
*venit ad me, opere compleverint:*  
*an non est ita, ut sciam.* Atque

K

ad

145 Archiepiscopi Gnesnensis  
ita ad sententiā nunquā feren-  
dam processit Sanctus Bogumi-  
lus, nisi ad quam, utrum se res  
ita habeat, per visitationem,  
& inquisitionem seriam descen-  
disset: sicque judiciorum tem-  
perabat authoritatem, ut de  
quibus sibi certa persvassione  
constaret, quod in Ecclesia la-  
borarent enixius, non eos ad  
aniles, famæ levis rumusculos,  
honore periclitari sinebat, sed  
priùs accurata facta visitatione,  
& in mores accusati, ac vitam  
inquisitione, famæ publicæ cla-  
morosa insinuatione, vel testiū  
rigido examine, convictum ad  
se citari faciebat, ut comparen-

ti

ti reo diceret. *Quid hoc audio de te? redde rationem villicatio- nis tuæ.* Servabat exactè modum à Sanctis Canonibus puniendi definitum, ut priùs tri na Canonica monitione præmissa, reum, rebellem pronun tiaret, tandem ad definitivam sententiam procederet. Reve rebatur sanctæ Sedis Apostolicæ authoritatē, ut in ea judicia fal cem nunquam immitteret, qui bus sancta Sedes manum appo siisset, vel ad eā causa quoquo modo fuisset devoluta: religio se ducent ab iis abstinere, quæ supremi Ecclesiæ judicis maje statem attingerent. Non arro-

147 *Archiepiscopi Gnesnen sis*  
gabat sibi claves Petri, in con-  
fusionem Ecclesiasticæ hierar-  
chiæ, communicatione sibi e-  
arum de gratia sedis Apostoli-  
cæ contentus. Causas quæ ad  
se nihil spectabant, ad forum  
competens, & superioris judi-  
cis autoritatem, referebat, ne  
videretur libidine magis domi-  
nandi, quam veri rectique inve-  
stigandi studio, in temerariam  
ferri præceps, amicorum causa,  
vel familiarium, in quo pec-  
cassent defensione pertinaciore,  
vindictam. Maturè negotia li-  
tigantium expediebat, & fomi-  
tem odiorum extinguendo, &  
superfluorum sumptuum occa-  
sionem

sionem tollendo, & amputando; videns merita causæ, secundum Deum, conscientiam, & ejus scriptum judicabat, nihil affectibus litigantium indulgendo, & probè causa cognita, & discussa, inutiles, & noxias conscientiæ, reique domesticæ pernicioſas procrastinationes, amputabat; sciens optimè ut de omnibus suis actionibus, ita & de iudiciorum processu, rigidā, se vivorum ac mortuorum Iudici, rationem reddituram. In executione pœnarū contra contumaces hunc ordinem tenuit, ut nunquam ad irrogationem illarum procederet, antequam

149 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
causam legitimo processu co-  
gnovisset, ac definitivisset, quas  
non secundum proprium volu-  
tatis arbitrium, reis inferebat,  
sed iuxta quod Sacri Canone  
fieri decreverunt, quas ita exequi  
habebat usitatum, ut pecuniaria  
primò multā, fontes castigaret  
deinde si emendationis spes a-  
besset, ad pœnam carceris reos  
condemnaret, tum denique in-  
obedientes, spirituali mucrone  
truncaret, & Satanæ in interitū  
carnis, ut spiritus salvus fieret,  
reum traderet potestati.

C A P U T XXIII.  
*Prudentia S. Bogumili.*  
CON-

**C**onciliabat viro Dei gratiam, & eximia quadam venustate ipsius actiones condonabat, tam in iudiciorum decretis, quam in Reipublicæ consilii, & uariorum affectuum, diversæ conditionis hominum, motibus componendis, & mirifica quadā symmetria inter se cincinnandis & coequandis, solers prudentia. Est hæc virtus auringa cæterarum, lumen quoddam universale rerum gerendarum, humanis actibus præferens, varietate scientiarum, & exterarū nationum peragratione, diverorum casum inter homines, & multiplicatum in negotiis e-

151 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
ventuum, ac rerum præterita-  
rum, futurarumque connexio-  
ne, acquisitum: quo vir prudēs  
illustratus, temporum, loco-  
rumque proprietates, tum per-  
sonarum naturas ac humorum  
constitutiones cōsiderans, ho-  
rumque omnium pensatis ad-  
junctis, & congrua singulorum  
inter se proportione, bene tru-  
tinata, quid hic, & nunc, agen-  
dum sit, quid deceat, quid o-  
porteat, quid conducat, quæ  
intento fini media respondeāt,  
solerti circumspēctione conclu-  
dit, ac decernit. Huius virtutis  
eò amplius radiat claritudo,  
quò rectius timore Domini cir-  
cum

cumactam, per omnes humana-  
narum actionum eventus, tam  
prosperos, quam adversos, agē-  
tiumque personas, sicut astri-  
cta magnete acus ad ursam ma-  
iorem, ad Dei gloriam dirigit  
gnomonem. Eam sibi tam na-  
tionum extranearum lustratio-  
nibus, quam literarum scientia,  
& actibus saepius in diversis Col-  
legii Senatus Metropolitani of-  
ficiis, cum laude obitis, frequē-  
tatis, Bogumilus comparaverat:  
Nam præclarè functus munere  
Decanali, cum ob alias excellen-  
tes animi dotes, tum præci-  
pue ob prudentiam, ad excel-  
sum dignitatis Metropolitanæ  
fastigiū

153 Archiepiscopi Gnesnensis  
fastigium omnium Collegarum  
votis suffragantibus est electus.  
Coniunxit prudentiae sapientia  
iustorum, cuius officium est, *nil*  
*per ostentationem fingere, sensu*  
*verbis aperire, vera ut sunt deli-*  
*gere, falsa devitare, bona gra-*  
*tis exhibere, mala libenter to-*  
*lerare, quād facere, nullam in-*  
*iuria ultionem querere, pro ver-*  
*ritate contumeliam, lucrum pu-*  
*tare.* Pollebat & spirituum di-  
scretione, insidiasq; callidi ser-  
pentis cautè deprehendere scie-  
bat. Nam cùm pisces in cibum  
populo distribuendos advoca-  
ret, adfuit inter hos angilla,  
quæ ita manum ipsius fuit cir-  
cum-

cumplexa, ut illecebrosa quadā titillatione voluptatis, corpus viri sancti, motu inordinato solicitaret, quas satanæ insidias, in specie angvillæ, posteaquam deprehendisset, excussum manu piscem, perpetuis temporibus. à Dobrovene alveo, exulare iussit; exinde, quamvis in locis aliis angvillarum copia Varta fluvius abundet, Dobrovi nunquam comparet amplius hic pisces, quemadmodum à maioribus longa traditione id acceptuum, curiosè hactenus ei, loci pescatores observarunt. Clarebat omnibus ab Apostolo præscriptis Episcopo virtutibus, identi-

155. Archiepiscopi Gnesnensis  
identidem eas memoria repe-  
tens: Oportet Episcopum sine cri-  
mine esse, sicut Dei dispensatore;  
non superbū, non iracundū,  
non violentū, non percussorem,  
non turpis lucri cupidū, sed ho-  
spitalem, benignū, sobrium, iu-  
stū, sanctū, continentem, am-  
plectentem eum, qui secundūm  
doctrinam est fidelem sermonem;  
ut potens sit exhortari in doctri-  
na sana, & eos, qui contradicunt,  
arguere,

## C A P U T XXIV.

Fortitudo eius

**E**Arum virtutum fiducia in-  
victi, & excelsi animi ma-  
magni-

magnitudinem nactus, potens  
erat exhortari in doctrina sana,  
eo tempore potissimum, quo  
effusis licentiæ habenis, tam fu-  
ribunda libidine, in bona Ec-  
clesiarum impii milites grassa-  
bantur, ut nullis humanarum,  
divinarumque legum repagulis,  
in officio contineri possent. Ita  
cæca illos in præceps egerat cu-  
piditas, ut nullo Christianæ re-  
ligionis metu, aut reverentia,  
vel conscientiæ synderesi, pa-  
terentur sibi persuaderi, ut fa-  
cilegas à bonorum Ecclesiæ u-  
surpatione manus abstinerent;  
& iam, vel in atheismum decli-  
nare, vel in pristinam idolola-  
triā

157 Archiepiscopi Gnesnensis  
triām obstinata peccandi volū-  
tate, retroagi videbantur. Nō  
multò antequām Archiepisco-  
pale subiisset fastigium Bogu-  
milus, Bolesla impius ausu te-  
merario, bona Ecclesiæ Plocē-  
sis invasit, Vernerō tunc, eque-  
stri Rosarum prosapia oriundo,  
sanctimonia vitæ conspicuo, &  
insigni doctrina prædito, illam  
gubernante. Fuit Bolesla eius  
gentis, quæ soleam equi gerit  
pro stemmate, cruce altrinsecus  
eminente, Castellanus Viscen-  
sis, vir potens, & audax, audaciā  
hominis fovente Principe, cu-  
ius autoritate oram Prussiæ fi-  
nitimam gubernabat. Is Cra-  
scum

cum pagum Ecclesiæ Plocensi adimebat: Vernerus comiter, ac blande orabat, ne vim Ecclesiæ inferret; ubi nihil proficit Episcopus admonitione, vocat in ius occupatorem, causā obtinet, in possessionē immittitur. Bolesta subornatos sicarios in Villam Biskupice, ubi tunc Episcopus morabatur cum fratre Bieniassio expedit, qui dormientem Episcopum in cubiculo, una cum Benedicto sancti Benedicti Ordinis professo, crudeliter trucidant. Quod ubi facin9 patratum, Archiepiscopo Gnesensi Petro innotuit, synodum Provinciale indicit, ac omnes Episco-

159 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
Episcopos convocat, de poena,  
tam atroci facinori constituendā  
deliberatūros: qui postquam  
convenissent, & atrocitatē sce-  
leris inquisitione diligentē exa-  
minassent, sacrīs interdicendum  
esse toti Poloniæ votis concor-  
dibus decreverunt. Motus &  
atrocitate facinoris, & interdi-  
cto promulgato, Boleslaus Cri-  
spus, Boleslai Crivousti filius,  
Poloniæ Princeps, Bolestam  
comprehendi, & ex vinculis  
causam apud se dicere iubet, at-  
que convictum criminis, & co-  
deinnatum, in foro Gnesnensi  
sceleris atrocis immanitatem  
expiaturum, flammis addicit.

Bien-

Bieniassium terræ hiatu absorptum, pœnas immani facinori, iusto Dei iudicio debitas pendisse creditum est. Et quamvis sceleris author meritum tulerit supplicium, non defuerunt tamen, tā scelerati ausus, vel patrōni, vel propugnatores, vel socii, vel imitatores, etiam Bogumili temporibus, qui bona Ecclesiarum truculēta rabie vasterent; quorum facinorum cùm præcipuos authores, frequentius admonuisset, nihilque blandis admonitionibus profecisset, constanti magnanimitate ac imperterrita fortitudine, gladium spirituale strinxit in sacrilegos,

L

non

191 *Archiepiscopi Gnesnensis*

non alio eventu, quām ut in bona Ecclesiarum sæviore tumultu irruerent, & in eis devastatis tantò furerent insolentiùs, quantò se læsos ab Archiepiscopo graviùs interpretarentur.

## C A P U T    XXV.

### *Patientia Bogumili*

**F**ortitudinis comes, patiētia est, cuiusvis per omnia Christianæ vitæ officia, ita est diffusa, ut nihil sine illa sanctum, nihil excelsi, animi conatibus dignum nihil unquam geri, aut perfici, possit gloriosum. Ita enim præposita Dei rebus est, ut nullum præceptum implere quis possit, à pati-

patientia extraneus; & hoc ideo  
quia quodam modo singula nobis  
præcepta contraria sunt, utpote  
opposita libertati, & indifferentiæ  
naturæ, erga voluptates, & vitia:  
propter quod sanctus Augustinus,  
verbū illud Christi: esto consenti-  
ens adversario tuo, dum es cum  
illo, in via, exponit, de precepto,  
& lege, nostris conatibus impro-  
bis obſistentibus. Quod si in præ-  
ceptis omnibus, illa clavum te-  
net directionis, ad exequendum  
uniuscuiusque officium; multò  
validiore, ad exercendum pa-  
ſtoriale munus, prout convenit,  
navarchum gubernaculo circū-  
agit, quando præsertim, oves

L2 in

193 Archiepiscopi Gnesnensis  
in naturam luporum conversæ,  
famam lacerant, bona diripiunt,  
ac vitæ insidiantur Pastoris.  
Ad eius virtutis soliditatem Bo-  
gumili, allidebantur furiosæ mi-  
litum impietatis fluctus, quos,  
omnes tanquam immota rupes  
carpesia, invicta fortitudine a-  
nimi sustinuit, admonitioni A-  
postolicæ fidenter obtemperas,  
*prædicta Verbum, insta oportunè,*  
*importunè: argue, obsecra, increpa,*  
*in omni patientia, & doctrina.*  
Erit enim tempus, cum sanam do-  
ctrinam non sustinebunt, sed ad  
sua desideria coacerbabunt sibi  
magistros prurientes auribus, &  
à veritate quidē auditum aver-  
tent,

tent, ad fabulas autem convertētur. In tam arduo exercitio patientiæ, unum maximè doluit Bogumilus, quod magistri, pru-  
rientes auribus, qui in partem laboris pastoralis, ab illo ad-  
sciti fuerunt, incestis deinde nuptijs irretiti, tantum abest ut annuntiarent populo scelera; illumque ira DEI, ac æternis supplitijs peccatis constitutis, perterre facerent: ut etiam militarem furorem, in sanctum Præfulem sacrilegas damnatæm nuptias, accenderent: ut quo minus sibi vacaret plurimis vexationibus, injurijs, & persecutionibus implicito, in hæresim

Nico-

195 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
Nicolitarum, inter Sacerdotes  
latè serpentem, animadvertere,  
eò licentiosiorem vitam secu-  
riùs agerent, cœci cæcorum du-  
ces, impiorum consiliorum  
contra pastorem fomenta sub-  
ministrantes. Videbatur tunc  
jam in ea tempora Polonia de-  
venisse, quæ prædixit Apostolus:  
*In novissimis diebus instabunt  
tempora periculosa: erunt homi-  
nes seipso amantes, cupidi, elati,  
superbi, blasphemi, parentibus nō  
obedientes, ingratii, scelesti, sine  
affectione, sine pace, criminatores,  
incontinentes, immites, sine beni-  
gnitate, proditores, protervi, tu-  
midi, & voluptatem amatores  
magis*

magis, quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Plus in Polonia invaluerat impietas quam ut ei aliqua pietatis species obtendi posset; faciebat unus quisque quod liberet, nulla tergiversatione scrupulum movente alliceret. Sed iam infelice illorum temporum calamitatem, verbis Cromeri Episcopi Varmiensis gravissimi nostratis historici, juvat retexere.

CAPUT XXVI.

*Status rerum in Polonia.*

**I**noleverat superiorum Principum negligentia, & conniven-

tia

197 Archiepiscopi Gnesnensis  
tia, pravus & barbarus mos a-  
pud Proceres, & Equites Polono-  
ut iter facientes, quotiescumque  
& ubiunque collibitum esset, agro-  
atq; prata agrestium, & oppida-  
norum depascerent, ac non mod-  
pabulum, sed etiam victum o-  
mnem ipsis imperarent, sive ade-  
ipsi effractis horreis, atque cellis,  
per vim auferrent: neq; contenti,  
quantum libuisset, absumpsisse,  
reliquum etiam malitiose profun-  
debant, dissipabant, & corrum-  
pebant, iumenta è pascuis, & sta-  
bulis, atq; etiam iuncta, curribus  
& aratis, utenda, vel potius ad  
cursum abutenda, abducebant:  
eaque vel defatigata, & eneda-  
dimit-

dimittebant, vel si forte placuer-  
sent, retinebant & usurpabant.  
Quin & præfeci Principis idem  
faciebant & Principis horrea,  
prædia, fiscumq; facultatibus, quâ  
cultus divini administris, & e-  
gentibus dædicatæ erant, augebât.  
Hæc quævis iniqua, iniusta, cru-  
delia, & impia, quamuis acerba  
miseris hominibus, & intolera-  
bilia, tamen quia longa consue-  
tudine inveteraverant, legisque  
vim propemodum obtinebant, &  
a Proceribus, quibus erant utilia,  
defendebantur, difficile erat abro-  
gare. Còegit Nationale concilium  
Lanciciæ Archiepiscopus  
Gnesnensis ,quærens remedia  
quibus

199 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
quibus iret obviam, tam scele-  
ratis militum ausibus, ad quod  
cum omnes Episcopi convenis-  
sent, concordibus votis, & una-  
nimi consensu sanxerunt: ut qui  
bona, possessiones, & quasvis  
facultates obitu Episcoporum  
defensoribus orbas, occupasset,  
aut invasisset. Qui agricolarum  
iumenta, currus, aut annonam  
vi extorquerent, qui res dece-  
dentium Sacerdotum usurparēt,  
& pro libitu diripere, distrahe-  
re, aut in suos usus convertere  
auderent, tam diu anathemati  
subiacerent, donec omnia ple-  
nè dominis suis, vel iis ad quos  
de iure dispositio spectabat, re-  
stitu-

stituerent; quæ lex ut perenne  
firmitatis robur obtineret, &  
potentiùs improbis obsisteret  
conatibus, decreto supremi Ec-  
clesiæ Hierarchæ Alexandri III  
firmata est, & tandem à Zdislao  
Bogumili secundo successore,  
ad executionem deducta, Casi-  
miro Justo Principe, authorita-  
tem, & vires executioni neces-  
farias interponente. Nunc au-  
tem usurpates iura, fructus, &c.  
Sedis Apostolicæ, vel aliarum  
Ecclesiarum, vel qui ea seque-  
strant, absque licentia superio-  
ris competentis, excommuni-  
cantur in Bulla cœnæ Domini  
num. 17. Gerebat Principatum

eo

201 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
eo tempore in Polonia Mecislaus senex, qui oppræssionibus  
non tantum Ecclesiasticos, sed  
etiam Equites ita vexaverat, ut  
ei fasces imperii ademptos, ad  
Casimirum deferre habuerint  
necessæ. Impotentem domina-  
tum ipsius, ne filius quidē Otto  
sustinere potuit, sed in patrem  
arma sumpfit, atque illum prin-  
cipatu exuit, in partes Casimiri  
concedens.

C A P U T   XXVII  
*Status rerum in Italia.*

**N**EQUE in Italia felicior rerū  
status regimē Bogumili ex-  
cepit, gravissimum Schisma in  
Eccle-

Ecclesia fovente Friderico II.  
dicto Barbarossa, Ænobarbum  
Dlugossus vocat. Is Alexandro  
III. vero, & indubitato Ponti-  
fici, quatuor Antipapas summa  
contentione opposuit: Victo-  
rem III. qui mortuus est anno  
Christi 1164. Alexandri Pon-  
tificatus anno quinto. Pascha-  
lem III. Cremensem, qui antea  
Guido fuit dictus, Cardinalis  
tituli Sancti Calixti, qui cum  
sedisset annos quinque, mortu-  
us est anno decimo Pontifica-  
tus Alexandri. Calixtum III.  
qui Joannes Monachus fuerat  
Abbas Strumiensis, Episcopus  
Tusculanus, qui cum sedisset  
annos

203 *Archiepiscopi Gnesnensis*

annos septem, mortuus est anno decimo sexto Pontificatus Alexandri. Innocentium III. qui tandem vero, & legitimo Pontifici Alejandro debitam obedientiam & reverentiā præstítit Pótificatus illius anno 17. Christi anno 1176. postquam desideratam pacem , victus à Venetis Fridericus, restituisset. Miserabile fuit intueri, corpus Christi mysticum summa violentia per Cæsarem à Capite revelli, ita contra obedientes summo Pontifici sævientem, ut ne fido quidem consiliario, eo nomine pepercerit. *Petrus tunc Vinea Campanus, obscuro natus loco,*

loco, sed doctrina atq; eloquentia,  
quantum illa ætas tulit, insignis  
ipsius arcanorum particeps omni-  
um, ac moderator fuit. Is per  
invidiam, quæ in aula & oritur,  
& nutrimenta habet, atque vir-  
tutis perpetua est inseclatrix, in  
suspicionem adductus, tanquam  
cum Pontifice Alexandro sentiret,  
(quo cum Fridericus bellum gere-  
bat) luminibus est privatus,\* cu-  
ius rei impatiens, atque ob id in  
furorem conversus, ad Sanctum  
Miniatum, quod oppidum est in  
Hetruria, sibi ipsi mortem consci-  
vit. Nimirum Imperator uti  
valebatur auctoritate, & consue-  
tuadine, & auctoribus Privile-  
giis

205 Archiepiscopi Gnesnensis  
giis Imperatorum, qui à Carolo  
magno, qui post de Regibus Frā-  
corum imperavit Romanis, iam-  
que per trecentos annos impera-  
verat sub LXIII. Apostolis, & da-  
re Episcopatus, & Abbatias,  
per annum, & virgam conser-  
verunt. Sic Otto Bambergensis  
Ecclesiæ de manu Impera-  
toris Episcopatum accepit ægrè  
consentiens, propter contentionē  
illam quæ erat inter Regnum &  
Sacerdotium, causa investituræ  
& electionem Ecclesiarum, quas  
evacuare, sibiq; vendicare plus æ-  
quo nitebatur Imperialis autho-  
ritas. Qui deinde Romam ve-  
niens ad Paschalem summum  
Ponti-

Pontificem ad ipsius pedes *pedū*  
& annulum abjecit *veniam pe-*  
*tens* ibique denuo ab illo inve-  
stitus, & confirmatus ipso die  
Pentecostes consecratus est.

Dederat ansam Imperatorum  
prætensioni maximā Leo VIII.  
pseudopapa, qui potētia Impe-  
ratoris culmen summi Pontifi-  
catūs adeptus, ut eādē suæ am-  
bitionis superbiam stabiliret,  
edictum tulerat, ut solus Impe-  
rator Pontificem deligeret &  
solus confirmaret: quo decreto  
duabus nefariis hæresibus Simo-  
nis magi & Nicolai Antioche-  
ni viam aperuit cùm *qui pretio*  
*Sedem emisset, pretio pariter Se-*

207 Archiepiscopi Gnesnensis  
des distraheret. Nec mirum ex  
tam venenoso fonte scaturivisse  
originem prædictorum pecca-  
torum, quandoquidem *vitiato*  
*capite necesse est reliquum corpus*  
*vitiari.* Sic nempe quandocon-  
que deficit religiositas Pontificum,  
& marcescit districtio regularis  
Abbatum, per illorum exempla,  
cætera plebs mandatorum Dei  
prævaricatrix existit, quanquam  
ante illum, Adrianus Papa Ro-  
manus, cum universa synodo  
tradit Carolo Magno jus & po-  
testatem eligendi Pontificem,  
& ordinandi Apostolicam Se-  
dem, & definivit Episcopos ab  
eo investituram accipere. Sed

M

cum

cum Ludovicus Pius, Otto Magnus, & Henricus sanctus considerarent, illud privilegiū Adriani Primi sicut & Leonis VIII. fuisse magna temporum iniquitate, & Pontificum oppressionibus extortum, propter dissensiones schismaticorum, & hæreticorū quibus Ecclesia Dei periclitabatur, illi iuri, & consuetudini renuntiarunt, illudq; ius Clero Romano, & Ecclesiasticis electoribus resignarunt. Tandem omnem illam consuetudinem, & privilegium abrogavit Adrianus II. Alterum malum, à Simoniacorum Pastorum conniventia ingruerat in

209    *Archiepiscopi Gnesnensis*  
Ecclesiam Dei, Sacerdotum in-  
continentia cùm cuncti ferè Cle-  
rici, cum publicis uxoribus, sive  
scortis (quæ sunt hæreticalia con-  
iugia) suam ignominiosè ducerent  
vitam atque sic impune in orbe  
Christiano duæ pestes exitiales  
hæresēōn Simonia & concubi-  
natus grassarentur, ut religio  
Christianæ, & præsertim in Ec-  
clesiis Dei turpissimis hominibus,  
& omni scelere coopertis repleta  
fuerit ea tempestate. Suscitavit  
Deus Spiritum Enoch, & Eliæ,  
ardentissimo gloriæ suæ propa-  
gandæ zelo flagrantes, Sanctum  
Romualdum, & sanctum Joan-  
nem Gvalbertum eius discipulū,  
Val-

Vita S. Bogumili 210

Vallis Umbrosæ Abbatem, qui horum scelerum virus radicitus extirparent. Nam sanctus Romualdus inter cæteros Clericos, qui per pecuniam ordinati fuerat durissima severitate corripiebat, & eos nisi Ordinem sponte desererent, omnino damnabiles, & hæreticos asserebat. Nonnulli quoque Episcopi, qui per simonia-cam hæresim sacras sedes invaserant, ad eum causa pœnitentiæ cōcurrebant; qui etiam venerabili viro se committentes, & Episcopatum termino statuto deserere, & ad sanctæ conversionis se promittebant Ordinem festinare. Sanctus Joannes Gualbertus,

211 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
tanquam unus de Seraphim, flā-  
mā divini amoris incomparabi-  
liter æstuans, Petrum Florenti-  
num Archiepiscopum hæresēos  
simoniacæ per ignem convicit.  
Porrò quamvis tunc simoniaca  
labes in Polonia locum non in-  
venisset, diligenti consideratio-  
ne meritorum, qui ad Episco-  
patus eligebantur, eam exclu-  
dente, cùm Prælati, & Canoni-  
ci virtutum exercitiis conspi-  
cuis viris, non divitiarum opu-  
lento censu valentibus, tam su-  
blimes dignitates libertate suf-  
fragiorum inconcussa confer-  
rent: attamen alia gravissima  
Clerum, populumque scelera in-  
quina-

*Vita S. Bogumili* 21<sup>2</sup>

quinabant; Sacerdotes quidem  
incestæ nuptiæ, verius sacrilegi,  
& publici concubinatus, Mili-  
tes verò extrema licentia, & ve-  
sanus quidam furor in bona Ec-  
clesiarum grassandi. Quid face-  
ret anxius inter inanes curas pa-  
stor? cum nec Sacerdotes spem  
frugis melioris pollicerentur,  
& milites à rapinis cohiberi se-  
neque admonitionibus, neque  
Censuris Ecclesiasticis pateren-  
tur, & à Sede Apostolica nullū  
sperari posse videret remediu-?  
cùm Summi Pontificis, quam à  
Cæsare sustinebat persecutio,  
omnem modum improbos ca-  
stigandi, & scelera coercendi

213 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
adimeret, ut impunè quisque  
quod collibitum esset, faceret,  
ipse autem Archiepiscopus gra-  
viùs in dies, crebris reprehen-  
sionibus, & obiurgationibus o-  
dium, in se accenderet; ut non  
modò monita salutis à scelera-  
tis contemerentur, sed etiam  
ipsa monentis authoritas apud  
obstinatos, & pertinaces iam  
esset despiciatui, sollicitus, ut si  
nollent resipiscere, saltem in sua  
persona Deum graviter offen-  
dendi occasionem furentibus  
animis subtraheret, re diu apud  
se agitatâ, virisque religiosis in  
consilium adhibitis, communi-  
cata, exemplum gentilis sui S.

Adal-

Adalberti, refractarios Pragen-  
ses deserentis sequi constituit :  
ac proinde ad Alexandrum III.  
Venetiis tunc commorantem  
se contulit, cui exposita Sacer-  
dotum, populi que sui protervi-  
tate, & supervacaneis curæ pa-  
storalis recensitis laboribus, so-  
lutionem ab Ecclesiæ Gnesnen-  
sis vinculo demissa supplicatio-  
ne poposcit, ut tranquilliùs suæ  
saluti vacaret, alienæ curiis inu-  
tilibus exolutus: cuius petitio-  
ni, non difficilem præbuit assé-  
sum Alexáder, compati edoctus  
alienæ calamitati, sua, quam in-  
terea tolerabat persecutione.  
Venetiis rediens, perrexit in Un-  
gariam

215 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
gariam, ubi Eremitæ Camaldulenses à sancto Patriarcha Romualdo missi morabantur, à quibus modum vivendi eremiticum didicit: atque sic obtentâ summi Pontificis licentiâ, secessit in eremum Dobrovensem, ubi duo rapidis vorticibus flexuosi fluvii, Varta & Nyr, coeuntes, omnem aditum populo mæandris tortuosis, & profundis, intercludunt; tamquam vocem lapsam divinitus ad Arsenium in sua vocatione audivisset, *Arseni tumultus fuge & salvaberis.* Sed instituti Eremitarum Camaldulensium origo, ut altius expendatur, & historiæ claritas

*Vita S. Bogumili* 216  
claritas, & occasio itineris eo-  
rum in Poloniam deposcit.

## C A P U T XXVIII.

### *Eremitarum Origo.*

**A**B immani Tyrannorum  
atrocitate, quâ in Christi  
cultores sæviebant, vitæ solita-  
riæ primordia promanasse, ci-  
tra omnem controversiam, ma-  
nifestum est. Hoc in vitæ ge-  
nere strenuè prolusit primus  
Paulus eremita, qui declinandæ  
causa persecutionis Decii, &  
Valeriani, & Deo liberiùs in-  
serviendi, in eremi speluncam  
se contulit, (Eremitas fuisse fili-  
os prophetarum discipulos san-  
cti

217 *Archiepiscopi Gnesnensis*

Et Eliæ, & Elisæ eosq; Carmeli-  
tas veteris testamēti nō abigo )  
quod deinde vitæ institutum,  
non multò post amplexus est.  
Antonius, qui iam sub Constā-  
tino Magno, plurimos habere  
cœpit eremiticæ vitæ imitato-  
res. Ad eū visendū, cùm Hilari-  
on Tabathæus, ex Palestina in  
Ægyptum venisset, duobusque  
mensibus sibi commansisset, o-  
mnem eius vitæ rationem di-  
dicit & multa monasteria ex-  
truxit, nullis certis legibus, aut  
constitutionibus ad uniformem  
vivendi Regulam adstricta. Vi-  
vebat unusquisque illorum, se-  
cundūm gratiam sibi divinitus  
datam

datam, vigilando, psallendo,  
jejunando, manibus operando,  
humi cubando, orando, silen-  
tium servando, ciliciis, & fla-  
gellationibus, cæterisque carni  
molestis exercitationibus, cor-  
pus in servitutem, & obsequiū  
spiritū redigendo, & alios ma-  
ximè senes, qui jam diurna  
lucta cum Diabolo, ad eius ten-  
tationes superandas exercitati  
arma expedita in promptu ha-  
berent, visitando: ac eos, quos  
excellenti aliqua virtute præsta-  
re didicissent, pro modulo viriū  
suarum & mensura divinæ gra-  
tiæ sibi collatæ, imitari conan-  
do. *Quod in Eremitis Camal-*  
*dulen-*

219. Archiepiscopi Gnesnensis  
dulensibus servatum fuisse, sine  
peculiari aliqua lege, vel consti-  
tutionibus testatur Augustinus  
Florentinus in historia Camal-  
dulensi. Religio insectando ea quæ  
sunt legis, sibi ipsa erat lex. Si  
qua Res publica religiosa sive scri-  
pto legis adolevit, id profectò Ca-  
maldulensi egregiè evenit in qua  
quisq; reliquos fratres in studiis  
eremiticæ Philosophiae ardentissi-  
mè superare certabat, imo & Sā-  
ctus Petrus Damiani Eremita  
Camaldulensis S.R.E. Cardina-  
lis, & Episcopus hoc idem asse-  
rit. Nobis in eremo constitutis  
nihil sanctus Benedictus iniunxit.  
Igitur sanctus Benedictus dum  
homi

hominem in monasterio ponit ad  
eremum dirigit & cum ipse san-  
ctus Pater eremi cultor extitisset  
hoc certè non optavit esse, quod  
fuit ( id est Cænobia ) sed quoniā  
non omnes capiunt verbum istud,  
dispensativè constituit priùs mo-  
nasterialis vitæ planitiam; ut iā  
faciles eremi conscedamus ad ar-  
cem. Hoc idem S. Pater in epi-  
logo Regulæ fatetur: *Regulam*  
*hanc ( inquit ) descripsimus, ut eā*  
*observātes in monasteriis aliqua-*  
*tenus vel honestatem morum, aut*  
*initium conversationis nos demō-*  
*stremus habere.* Cæterum ad per-  
fectionem conversationis qui fe-  
stinant, sunt doctrinæ sanctorum

Patrū

221 Archiepiscopi Gnesnensis

Patrum, quarum observatio  
perducit hominem ad celsitudinem  
perfectionis; quam eremii arcem  
sanctus Damianus appellat.

Monaistica igitur vita est dispo-  
sitio ad eremum ut de nido mo-  
nastrorum huiuscmodi egredi-  
antur milites, quos eremii rudi-  
menta dura non terreat, qui  
specimen conversationis suae mul-  
to tempore didicerunt. Perfecto-  
rum quippe est non propter ani-  
mi passionem sed propter perfectionem  
iam assedita, ad vitam solitariam ten-  
dere. Nam si vita solitaria non  
iam perfecto assumatur, est pericu-  
lofissima. Atque ita cosid erans S.  
Pater Benedictus, quod in ma-

ximo

ximo versarentur periculo, qui  
non bene instructi armis spiri-  
tualibus, auderent procedere ad  
luctandum cum Diabolo, in e-  
remo potissimum vires suas e-  
xerente, quas ibi etiam in Chri-  
sto iciunante, ausus est experi-  
ri, ex diversis speluncis, & an-  
tris congregatos, in duodecim,  
monasteria, quæ ab eremo di-  
gressus ædificavit, eremicolas ,  
certa vivendi lege adstrinxit; ab  
alieno illos arbitrio secundum  
præscriptam regulam , docens  
securissime dependere, obediē-  
tiamque superiori exhibere, se-  
cundum Christi Domini exem-  
plar, qui *Humiliauit semetipsū*

N factus

223 Archiepiscopi Gnesnensis  
factus obediens usque ad mortem,  
mortem autem crucis; ut sic ut per  
inobedientiam extorres facti su-  
mus à gratia Conditoris, ita per  
obedientiam ad Dominum pla-  
catum redeamus, de quo san-  
ctus Pater sic agit in Prologo  
Regulæ: *Ausculta, o fili præcepta*  
*Magistri, & inclina autem cor-*  
*dis tui, & admonitionem pij pa-*  
*tris libenter excipe, & efficaciter*  
*comple: ut ad eum per obedientia*  
*laborem redeas, à quo per inobe-*  
*dientiae desidiam recesseras. Ad*  
*te ergo nūc meus sermo dirigitur,*  
*quisquis abrenuncians propriis*  
*woluntatibus, Domino Christo*  
*vero Regi militaturus, obedientia*  
*fortissi-*

fortissima, atque præclara arma  
assumis. Carebant his armis E-  
remitæ, nullius arbitrio se regi  
permittentes, sed quod secun-  
dum præcepta Decalogi, &  
propriæ conscientiæ dictum, ad  
Dei gloriam spectare ipsi magis  
arbitrarentur, operantes sine  
superiore, sicut locustæ sine Re-  
ge, de quibus Turre cremata E-  
remitæ inquit in iure veniunt sub  
 nomine locustarum, apud quosdā  
Doctores intelligentes de eremitis  
dictum Salomonis, locustæ regem  
non habent.

## C A P U T XXIX.

*Vita eremitica instauratur à  
S. P. Romualdo.*

**S**anctus Romualdus igitur natus obediētiæ, capitibus Regulæ sancti Patris Benedicti descriptæ, fundamentum, super illud immobilem scalam suis Camaldulensibus in cœlum erigēdam proposuit, atque ut propositum solidiore base niteretur, Regulā Sancti Benedicti in monasterio S. Apollinaris professus est, in quo triennium ferè cùm transfigisset, plurimis Monachorum, exagitatus persecutiōnibus, etiam in vitam suam machi-

machinantibus, eò quòd licen-  
tiosè viventibus præcepta Re-  
gulæ opponeret, & redarguen-  
dis eorum vitiis vehementius  
insisteret: qua in re cum oleum,  
& operam, (ut est in proverbio,)  
perderet, excellentis eius ani-  
mum perfectionis, amore, ma-  
gis ac magis in dies incendente,  
facilè obtentâ licentiâ ab Ab-  
bate loci, desiderium ipsius Mo-  
nachis diligenter promoven-  
tibus, ad Marinum, quem in  
finibus Venetiarum vitae sancti-  
tate ac severiore disciplina eo  
tempore celebrem audierat, &  
vitæ solitariæ maximè studiosū  
intellexerat, sese contulit: ut ad

227 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
arctam, & sublimem perfectio-  
nis viam eo magistro, ac duce  
uteretur; sub quo tantum profe-  
cit, ut deinde Magister ipsius  
directioni se gubernandum sub-  
iucere minimè dubitaverit.

Guarinus interea S. Michælis  
in Gallia Abbas venerat Ora-  
tionis gratiâ in Italiam, qui ac-  
cessit *Marino*, & *Romualdo*,  
*Petro Urseolo Venetiarum Prin-*  
*cipi persuasit*, ut sæculum simul  
cum ipso, quem per nefas invase-  
rat *Ducatu*, relinqueret, & qui  
ad alienæ dominationis arcem in  
iustè proruperat, ipse se alienæ po-  
testatis dominio subiugaret; qui  
nō diuturnis consiliis perswasus,

cum

cum sancto Romualdo Marino,  
& Guarino Abate, nec non suo  
quondam familiari Joāne Gran-  
denico, navem ascendit, deinde  
ad Monasterium Abbatis Gu-  
rini pervenit. Petro igitur, &  
Joanne Monachis in Sancti Mi-  
chælis cœnobio factis, Marino  
& Romualdus non longè à mo-  
nasterio degentes, ad singularē  
vitam, cui assueti fuerant, re-  
vertuntur: quibus etiam ipsi jam  
dicti Fratres, peracto vix annuo  
spatio, ad preferendā ejusdem  
solitudinis distinctionem aggre-  
gati sunt. Atque hæc sunt Ro-  
mualdinæ solitudinis, ad quam  
sanctus Pater flagranti mentis

229 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
æstu semper anhelabat primor-  
dia, in quibus magnam conside-  
rare debemus viri sancti prudē-  
tiam, qui non nisi in Regula  
sancti Patris bene Tyrones exer-  
citatos, ad solitam Veteranorū  
militum vitam, in qua culmen  
perfectionis situm est, admitte-  
bat; ut etiam duos illos primos  
instituti sui sectatores, non pri-  
us eremiticæ vitæ voluerit esse  
confortes, quam professionem,  
in Cœnobio sancti Benedicti fe-  
cissent: ut mirari lectorem  
minimè oporteat, cur san-  
ctum Adalbertum tunc Epi-  
scopum Pragensem, post Ar-  
chiepiscopum Gnesensem, &  
glo-

gloriosum in Prussia martyrem,  
ad Ordinē sancti Benedicti Ro-  
mam sub disciplinam Leonis  
Abbatis monasterii sanctorum  
Bonifacii & Alexii destinaverit.  
Itemq; Casimirum, Regis Mie-  
cislai filiū, Boleslai primi Chri-  
stiani Regis Polonorum nepo-  
tem Cluniacum (ubi prima Re-  
formatio Ordinis S. Benedicti  
vigebat à Bernone instituta an-  
no Christi 910.) relegaverit, ad  
fusciendum nigrum habitum  
sancti Benedicti, nolebat enim  
alios ad vitam solitariā admit-  
tere nisi sancte conversationis  
studio juxta regulam sancti Be-  
nedicti perpolitos, præsertim  
cùm

234 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
cùm monasteria sua albæ Congregationis, ad eremi austera-  
tem formanda, nondum constituisset; siquidem secunda reformatio Ordinis Sancti bene-  
dicti à S. Romualdo instituta est centum paulo minus annis. Ita quos sanctus Benedictus in via purgativa, & illuminativa per-  
ficebat, hos ad culmen perfe-  
ctionis, & intimā cum Deo, quantūm fragilitati humanæ in-  
terrīs licet, unionis arcem, sanctus Romualdus evocabat, post Cluniacensem. Alfonsus Ciacon. in Benedicto VIII. Chronic. Panuinii 1012. Atque sic ligna in odorem holocausti suavita-  
tis

tis arsura, S. Patriarcha Benedictus composuit, & præparavit: quæ sanctus Romualdus, tanquam igniti Eliæ flammea progenies, Seraphico ignis amore benejam collocata, & disposita, succendit, à Christo Domino maximo salutis nostræ zelatore flamas mutuatq; qui *ignem venit mittere in terrā*, ut accendatur. Tantus enim in sancto viri pectore, faciendi fructus ardor incanduerat, ut effectis nunquam contentus; dum alia ficeret, ad facienda mox alia properaret; adeo ut putaretur totum mundum in eremum velle convertere, & monachico Ordini omnem

233 Archiepiscopi Gnesnensis.  
omnem populi multitudinem sa-  
ciare. Itaque primus sanctus  
Romualdus, ex directione Re-  
gulæ sancti Benedicti eremitas,  
tanquam locustas sine Rege vi-  
ventes, salutaris obedientiæ legi  
subactos, in apes mellificas Ec-  
clesiæ sanctæ, commutavit: &  
veluti stella matutina, densas e-  
remi tenebras, vitæ sanctitate,  
ac eremiticæ solitudinis, cum  
exercitiis monasticis conjuncti-  
one, serenavit; ut nulli eremitæ,  
ante illum, religiosi, sive regu-  
lares, stricta significatione, (hoc  
est ex vi votorum substantialiū  
religionis) potuissent censeri.  
Nam *Religio perimitur, si à me-*  
*ritorio*

ritoria subditi obedientia subtrahantur; magna quidem paupertas, sed maior integritas, horum est obedientia maxima si custodiatur illæsa: Nam prima rebus, secunda carni, tertia verò menti dominatur, & animis quos velut effrenes, & liberos, ditioni alterius, humilis iugo propriæ volūtatis adstringit. Obedientia victimis iurè præponitur, qvia per victimas aliena caro, per obediētiam verò, voluntas propria mactatur. Unde cùm Vernerium, qui fratrum injuriis, & persecutionibus exagitatus, in eremum concesserat, & jam per sex annos absque vino, omnique pulmento  
sub

235 Archiepiscopi Gnesnensis  
sub nimiæ distinctionis ariditate  
permäserat, cùm quodā tēpore,  
famâ eius auditâ vir sanctus vi-  
sitasset, atque ab eo sub cuius  
regimine degeret, fuisset scisci-  
tatus, ille que respondisset, quòd  
alieno solutus imperio viveret,  
hoc sequendo, quod sibi utilius  
videretur, monuit eum ut rediret  
ad Cœnobium, & licentiam in  
eremo commorandi obtineret.  
Si Crucem Christi portas, inqui-  
ens, supereſt ut Christi obedientiā  
non relinquas. Vade igitur &  
consensu a proprio Abbatे susce-  
pto revertere, & sub eius dominio  
humiliter vive, quatenus sacri  
operis ædificium, quod bona vo-  
luntas

luntas ædificat, humilitas erigit,  
obedientiæ virtus extollat? Quā-  
vis autem, Primi Pauli eremitæ,  
plurimi sancti viri secuti exem-  
plum, deserta petierint, erran-  
tes in solitudinib⁹, quibus mun-  
dus non erat dignus, tamen po-  
llea ipsorum sequaces, sicut illi,  
ad quos sanctus Pater Augusti-  
nus scripsit accuratè, & devotè,  
si tamen ipse scripsit, de quo  
Gabriel Pænetus Canonicorum  
Regularium Lateranensium Ab-  
bas solidè controvertit, omnes  
sunt in cœnobia redacti, & ex  
iis plerique in mistam, ex con-  
templativa, & activa vitam, sub  
 nomine Mendicantium conjū-  
cti

237 *Archiepiscopi Gnesnensis*

Et, prædicationi, & Sacramen-  
torum administrationi, ex vo-  
luntate sanctæ sedis Apostolicæ  
incumbunt, solitariæ vitæ solu-  
to silentio. Camaldulenses soli  
Monachi, cum his qui ab iis tā-  
quam rami promanant, perfici-  
untur ad eremum, ut ibi tanquā  
in fastigio perfectionis, ceu a-  
quilæ in arduis nidum ponen-  
tes, conquiescant; iam in via in-  
cipientium, & proficiētiū suf-  
ficienter dispositi & exercitati:  
ut tandem dulces fructus suorū  
exercitiorū, in via unitiva sva-  
vissime degustent: & ab uberta-  
te domus Dei, in solitudine, tā-  
quā in cella Vinaria, inebriētui-

Institu-

Institutum eorū probavit sup-  
premus Ecclesiæ universalis Pa-  
stor Alexander II. Cōstit. Nulli  
qui anno 1061. clavum guber-  
nationis tenuit, ut præcedentiā  
supra omnes monasticos Ordi-  
nes habeant, exceptis Clunia-  
censibus, quorum Abbates O-  
do, & Odilo non longè post té-  
pora sancti Benedicti floruerūt,  
& multò magis Cassinensisbus,  
sive Congregationis sanctæ Ju-  
stinæ, ( cum Abbas Cassinensis  
tit S. Benedicti Vicarius & óni-  
um Abbatum Abbas. ) S. Odilo  
Abb: Cluniacens: apud Baron  
tom. II. an. 1022. inde Leo IX.  
Abbati Cassinensi in omni Epi-

O pisco

259 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
scoporum principumque con-  
ventu superiorem Abbatibus o-  
mnibus sedem concessit Leo  
Ostiens: lib: 2. cap.97. Chronic:  
quam illi tanquam matrem è  
qua prodierunt filiali observan-  
tiâ venerantur. Quos deinde o-  
mnes Canonici Regulares, Con-  
gregationis Lateranensis, qui  
vadunt immediate post Clerum  
sæcularem, ex constitutione Pii  
V. eum ex Ordine præcædunt.

### C A P U T XXX.

*Adventus Eremitarū Camaldu-  
lensium in Poloniā.*

**O**TTO Tertius, Occidentis in  
Germania tertius Impera-  
tor viris religiosis impensè ad-  
dictus,

dictus, mirificè coluit sanctum Romualdum, ita ut eum præsēs visitaret, ac in eius lecto decūberet, & Classensem illi Abbatiam, conferret. Salutaribus ejus monitis, & consiliis libenter obtemperabat, cuius etiam suu monasterium in Pereo in honorem sancti Adalberti cōstruxit, illique contigua Classensis monasterii prædia contulit, ea in Firmensis Monarchiæ partibus, ex fiscali possessione recōpensās Abbatे ibi ex discipulis Romualdi constituto, Romualdi iussu idem Imperator pœnitentiæ causa, nudis pedibus de Romana Urbe progrediens

Oz usq;

261 *Archiepiscopi Gnesnensis*

usque in Garganum montē ad  
sancti Michælis perrexit Eccle-  
siam; per totam etiam quadra-  
gesimā in Classensi monasterio  
Beati Apollinaris, paucis sibi  
adhærentibus, mansit: ubi jeu-  
nio, & psalmodiæ prout vale-  
bat, intentus, cilicio ad carnem  
indutus, aurata desuper purpura  
tegebatur; lecto etiam fulgentibus  
pallijs strato, ipse in storea de pa-  
piriis confecta, tenera delicati cor-  
poris membra terebat. Promisit  
denique Beato Romualdo, quod  
imperium relinquens; monachicū  
fusiperet habitum & cui innu-  
meri mortales erant obnoxij, iā  
ipse pauperculo subiectus cepit esse  
debitor

debitor sui. Non poterat hæc  
sinceræ voluntatis erga sanctum  
Romualdum Ottonis Impera-  
toris propensio, Boleslaum no-  
strum Chabrium Regem latere,  
utpote qui cum sancti Adalber-  
ti martyris Pragensis tunc Epi-  
scopo fratre germano Poraio  
laudabiliter fuisset in aula Ot-  
tonis I. Imperatoris parentis e-  
jus conversatus, imò & cum  
ipso sancto Adalberto familia-  
riter vixisset Romæ, salutaribus  
ipsius monitis obtemperans;  
proinde non difficile fuit ipsi  
ab imperatore obtinere, ut san-  
ctus Pater Romualdus duos de  
discipulis Joannē & Benedictū

263 Archiepiscopi Gnesnensis  
in Poloniam mitteret, ad præ-  
dicandum Jesu Christi Evange-  
lium nationi ad fidem illius re-  
cens conversæ: quibus eam licē-  
tiam Gregorius V. summus Pó-  
tifex Ottonis III. cuius autho-  
ritate Pontificatum adeptus est  
cognatus, libenter indulxit. Po-  
stea quam illi venissent in Polo-  
niā, quatuor se illis in vitæ so-  
cietatem dediderunt Poloni :  
Mathæus, Isaac, Christianus &  
Barnabas. Hi honorificentissimè à pio Rege accepti, & lo-  
cum ut optabant naëti solitariū,  
prope Casimiriam, sex in eo tu-  
guriola rudi opere, & facellum  
excitarunt: ibique vitam san-  
ctissimā

etissimam, mutuam consuetudinem, devitantes, in arctissima disciplina, orationibus, & jejuniis assiduis traduxerunt: & doctrina exēploque quos potuerant accolās & advenas, docuerunt: admirabiles cum aliis virtutibus, tum maximē abstinentiæ studio. Nam aliqui semel eorum duntaxat, alii qui imbecillioris erant valetudinis bis in hebdomada, oleribus & aqua, pane non nunquam adhibito, vicitarunt, vestibus ē pilis equorum confectis contēti, quies eorum non stragulum molle, sed si quid dandum erat fessis corporibus humus lectus,

265 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
& lapis capiti subjectus, cerui-  
cal fuit. Tanta eorum fama fuit  
sanctitatis, ut Boleslaus Prin-  
ceps eos inviseret, & se ac re-  
gnum suum orationibus ipso-  
rum commendaret, ac ipsis li-  
beraliter ingens auri pondus &  
centum marcas argenti offerret.  
Expediverat Princeps Miecislaus  
Parens Boleslai legatum Lam-  
pertum Episcopum Cracovien-  
sem, ad summum Christiani or-  
bis Antistitem Benedictum VII  
qui exposita Pii Principis inex-  
tirpanda idololatria, & promo-  
vendo veri Dei cultu sollicitudi-  
ne, & novem Ecclesiarum Ca-  
thedralium ædificatione, necno  
simula

simulachrorum inanium Deorū  
quos, gens superstitionis colue-  
rat, abolitione, peteret insignia  
Regis, sibi ritu Christianorum  
Principum conferri; quod cùm  
distulisset in aliud tempus Pon-  
tifex, Boleslaus ratus faciliore  
via, se titulum Regis obtentu-  
rum, aurum & argentum supra  
memoratum, misit per Nunciū  
viris sanctis, ut honoratū auro  
Pontificem, orarent quatenus  
se Regio diadematē dignaretur.  
At viri sancti inito consilio, mi-  
serunt Barnabam, qui Regi au-  
rum & pecuniā referret, eique  
responderet, se in rem propo-  
sitam non posse operam con-  
ferre,

267 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
ferre, quibus religiosam vitam  
professis, negotiis & curis sæ-  
cularibus implicari, nefas esset.  
Sperabat nimirū Princeps Ot-  
tonem III. Imperatorem san-  
cto Romualdo, familiarius ad-  
dictum, & sibi olim in aula sui  
parentis Ottonis II. commo-  
ranti faventem autoritatem  
apud Gregorium V. Ottonis  
Cæsarlis cognatum interpositu-  
rum, voto ut potiretur.

C A P U T XXXI.

*Martyrium ipsorum*

**S**ubolfecerunt interim Regiæ  
Saulæ milites, magnā auri vī  
à Rege missam Eremitis quæ ut  
ad

ad se deveniret, constituerunt  
viros sanctos, trucidare, & tu-  
guriola cum ipsorum cadaveri-  
bus incendere. Sacra igitur au-  
ri fame stimulati, noctu Eremi-  
tas, orationibus intētos, aggre-  
diuntur: minis, plagis, verbe-  
ribus, pecuniam, à Rege Missā  
extorquent: viris sanctis illam  
ei remissā asseverantibus, ad  
atrociora tormenta iis irrogan-  
da descendunt. Religantur er-  
go ad palum, ignibus admotis  
ad latera exuruntur, deinde cir-  
ca rotarum vertiginē adstricti  
diutissime verberantur, tota nox  
in crudelissima paupertatis san-  
ctorum & innocentiae, suppli-  
cia

269 Archiepiscopi Gnesnensis  
cia expenditur. Denique cùm  
omnes iam artes potiendi ar-  
genti tentatæ, non successissent,  
ne quid in ausum de concepta  
crudelitate relinqueretur, ab  
iisdem latronibus, anno salutis  
humanæ millesimo quinto, pri-  
die Idus Novembr: in Deilau-  
dibus constatissimè permanētes,  
trucidantur, utque tanti sceleris  
immanitas lateret, ignem ini-  
ciunt, & facellum, ac sex casas  
tum suppellectilem omnē pau-  
perem, & quinque corpora san-  
ctorum flāmis dant: ut his pe-  
riisse viderentur. Sed admoti  
*ignes, amissis naturæ viribus, nil*  
*omnino consumere, ullis hominū*

studij

studijs potuere; Ita enim illos, ipsa etiam parietum materies, repellebat, ac si pro lignis durissimi silices essent. Frustrati itaque fures in fugam se conferre nituntur, sed & hoc illis ex divina providētia denegatur, tota siquidem nocte per fruteta nemorum, per latitudinem salicum, per opaca sylvarum, viā anxiati sunt querere, quam tamen nullatenus valuere errabundis vestigiis invenire sed neque frameas in vaginas recōdere arefactis brachiis potuerūt. Vbi vero sanctorum iacebāt corpora, copiosum lumen usq; in diē splendescere, & dulcissima angelicæ cantilenæ non desijt suavitatis

271 Archiepiscopi Gnesnensis  
tas resonare. Adveniente autem  
die, quod factum fuerat, Regem  
latere nō potuit, qui illico ad ere-  
mum cum numerosa populi mul-  
titudine festinavit, & ne fures  
evaderent, facta corona hominū,  
totam syluam undique circum-  
cinxit. Qui tandem reperti sunt  
manifesti criminis rei, & ad gla-  
dios suos adhuc divina exultio-  
ne ligati. Rex autem quid de eis  
faceret, habita cōsideratione, de-  
liberans, hoc postremo decrevit,  
ut nequaquam eos, sicut merebā-  
tur, accedi preciperet, sed fer-  
reis catenis vincitos ad sepulchra  
Martyrum destinaret, quatenus  
aut ibi usq; ad obitum in vincu-  
lis

lis miserabiliter viverent, aut si  
sanctis Martyribus aliter vide-  
retur ipsi eos sua misericordia li-  
berarent. Qui cum ad sanctorū  
tumulum fuissent ex præcepto Re-  
gis attracti, mox, ineffabili divi-  
nitatis omnipotentia: fractis nexi-  
bus sunt absoluti; atque impune  
à Rege dimissi, pœnitentia du-  
cti patrati sceleris, iisdem mar-  
tyribus in religiosæ vitæ gene-  
re successerunt. Narrat Marti-  
nus Baronius, quod cum pia  
matrona, & nobilis, devotionis  
causa, viros sanctos visitasset,  
eisque piscē qui Salmo dicitur  
obtulisset, cecidit is in terram,  
quo in loco statim fons ema-  
navit,

273 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
navit, qui usq; ad præsens du-  
rat; piscis ille cum ad vescendū  
præpararetur fratribus, alias si-  
milis genere, & magnitudine,  
divino miraculo solebat appa-  
rere in fonte illo, qui cum esset  
comestus, rursus alias appare-  
bat, qui per longum tempus vi-  
ctui eis fuit quotidiano. Quā  
diu fratres vixerunt piscis ille  
duravit, postquam coronam  
Martyrii adepti sunt, piscis eva-  
nuit: fons ad hoc usque tempus  
perennat, per cuius aquā, ma-  
gna Deus miracula operatur:  
Cœci enim visum recipiunt,  
leprosi mundantur, Claudi, sur-  
di variisque morbis exagitati,  
fanan-

fanantur. Postquam per sex annos, Joannes, & Benedictus Itali, nationis Polonæ idioma didicissent, septimo anno unū ad Romanam urbem monachū mittunt, & per eum à Summæ Sedis Antistite, prædicandi licentiam pro adjunctis sibi Polonis sociis petunt. Iniungunt etiam, ut nuncius ille, aliquos secum de B. Romualdi fratrib⁹, duceret, qui eremiticæ conversationis edocti, cum eis simul in Polonorū partibus habarent. Posteaquam is in ditionē Imperatoris penetravit, ab eius satellitibus captus est, & mox carcerali custodiæ mancipatus.

275 Archiepiscopi Gnesnensis  
Nocte verò illum Angelus Do-  
mini in carcere visitavit, &  
consumatos esse eos quorum lega-  
tione fungebatur admonuit: sta-  
timque aperto divinitus carcere,  
præparatum sibi esse navigium in  
fluvio quē transiturus erat, asse-  
ruit. Quò festinans Monachus,  
(Barnabas is fuit) Angelicæ pro-  
missionis fidem veram esse proba-  
vit. Sequenti autem post se-  
pulturam Martyrum nocte, ap-  
paruerunt Boleslao, fulmine ac  
verbis magnificarunt, quòd per-  
diram necem, & Martyribus di-  
gnam, adepti sunt cœlestia re-  
gna, gratiasque ipsi egerunt,  
quòd eos vivos, & mortuos  
tanta

tanta gratia semper complexus fuerit. Denique summa laude extulerunt, quod homicidis percerit, non enim decebat sanguinem Martyrum sanguine vindicari, & vitae cœlestis beneficium, morte crudeli cōpensari. Pollicitique sunt ei, pro ipsius, & Regni totius incolumentate, Divinam Majestatem semper precaturos, patronosque & protectores temporibus sempiternis eiusdem futuros. Post aliquod annos, corpora eorum translata sunt Gnesnam, (quæ tunc sedes & caput Regni erat) ibique in Ecclesia Cathedrali deposita sunt honorifico mo-

277 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
numento, quæ deinde Predisla-  
us Bohemorum Princeps, cùm  
basilicam Gnesensem Cathe-  
dralem, inopinatò in Poloniā  
cum ingenti exercitu irrumpēs,  
expilasset, Pragam asportavit :  
& in arcis basilica collocavit,  
præter Christini corpus, quod  
Olomucensibus concessit. Agi-  
tur festum ipsorum pridie Idu-  
um Novemb. quos Julius II.  
Pont: Max: Catalogo Sancto-  
rum adscripsit, Delphini Ca-  
maldulensium Generalis curâ,  
& studio, anno Christi 1508.  
Barnabas ab itinere cum sociis  
sibi à Sancto Patre Romualdo  
adjunctis reversus in Poloniā,  
postquā

postquam Angelica revelatione  
didicisset, quid cum fratribus  
actum fuisset, in eodem loco,  
ubi sancti martyres trucidati  
sunt, instaurat eremitorium, &  
collocatis juxta numerum Fra-  
trum tuguriolis, orationibus, &  
iejuniis, carnisque variis afflicti-  
onibus, iuxta quod fieri antea  
solebat, ordinatis, magnopere  
delectabatur, non ereptos, sed  
præmissos Fratres ad coronas:  
dolens tamen identidem, quod  
quorum religiosæ vitæ consci-  
us fuisset, non etiam esset mor-  
tis glorioſiſſimæ particeps. In-  
tra hoc igitur tempus, quo Fra-  
tribus supervixit, complures

279 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
alios socios, & discipulos sibi  
adscivit è Polonis; In his, An-  
dream Zeroardum, Justum, &  
Benedictum Zuirardum claris-  
sima tria Ordinis sui lumina  
quos in austерitate vitæ, felici-  
ter erudivit, & tandem non  
multö post sancto fine quievit:  
pii Regis mandato, ad fratres  
appositus; ut quibus in cœlesti  
patria esset conjunctus, in ter-  
ris eodem tumulo cum eis con-  
ditus quiesceret.

C A P U T   XXXIII.  
*Sanctus Romualdus in Ungariā*  
*discipulos mittit.*

**I**nterea sanctus Romualdus  
audiens quia beatissimus vir Bo-  
nifaci⁹

nifacius suus discipulus, Russorum Apostolus, & Archiepiscopus, martyrium subijsset, nimio desiderii igne, ut pro Christo sanguinē funderet succensus, in Ungariam ire proposuit, licentiā ab Apostolica Se-de obtentā, & duobus ē suis discipulis in Archiepiscopos, e-jusdem autoritate consecratis, cum viginti quatuor Fratribus, iter arripuit, cumque jam in finibus Panoniorum essent: Romualdus gravi se urgente morbo, in Italiā redire coactus est, cum quo septem discipuli sunt regressi, duo in Poloniā cum Barnaba missi, quindecim

281 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
in Ungariam profecti, fidem  
Catholicam, & Romualdinæ  
disciplinæ institutum propagâ-  
runt. Plurimi tunc è diversis  
orbis partibus, ad sanctum Ste-  
phanum Regem Ungariæ, tam  
Canonici, quam Monachi con-  
fluebant, ut pii Regis religione,  
& consuetudine gauderent, &  
novum religiosæ conversatio-  
nis genus illuc introducerent:  
quibus se Poloni duo, Andreas  
Zeorardus, & Benedictus Zui-  
rardus, adiunxerunt. Andreas  
Zeorardus, in partibus Minoris  
Poloniæ in Oppido Opatowiec,  
prope Vistulam fluvium, Chri-  
stianis & piis parentibus natus,  
patre

patre Marco, & matre Agnete,  
qui sanctâ educatione parentum  
in præceptis, & lege Domini  
rectè institutus, monasticam vi-  
tam duxit in Cœnobio Zobor  
dicto, in honorem sancti Hyp-  
politi Martyris, ( apud Nitriam  
civitatem, in ea videlicet sclav-  
orum & Ungarorum ditione,  
quæ Moraviae Danubioque cō-  
fini, Sarmatia Pannoniæ olim  
dicta fuit,) excitato; in quo sub  
Philippi Abbatis obedientia,  
qui sancto, Mauro Episcopo  
Quinque ecclesiensi ( Camaldu-  
lensis uterque instituti fuit) suc-  
cesserat, in summa vitæ auste-  
ritate vixit iejunium ita servās,

283 Archiepiscopi Gnesnensis

ut tribus diebus ab omni re quæ  
mandi posset abstinuerit. Cùm  
autem quadragesimale tempus  
adveniret, quadraginta quinque  
nucum esu contentus, diem san-  
ctæ Resurrectionis cum gaudio  
expectavit. Orationi assiduæ fu-  
it deditus, nunquam à labore  
cessavit, sed sylvam ingressus,  
ligna cædebat, quo labore, &  
jejunio cùm semel vires cor-  
poris fatigatæ defecissent, &  
languens in terram quasi mor-  
tuus decidisset, iuvenis pulcher-  
rimus aspectu, impositum ve-  
hiculo ad cellam revexit; quod  
Benedicto discipulo narravit,  
uramento eum obstringens, ne  
id

id ante diem sui obitus, cui-  
quam propalaret. Labore diur-  
no corpori fatigato, quietem  
nocturnam eam adhibuit, quæ  
magis tormenti, ac cruciabili-  
tatis dolorem afferret, quam  
quietis commoditatem. Com-  
planatum truncum quercinum  
sepivit, intra sepem arundini-  
bus acuminatis infixis, cui in-  
fidens paululum dormiebat, tâ-  
tâ vigilantiâ, ut si corpus so-  
pore gravatum in alterutram se  
partem inflesteret, arundinum  
acuminibus sauciatum, exper-  
gisci se faceret. Plexerat insu-  
per vimineam coronam, quam  
dormitus imponebat capiti,

quæ

285 *Archiepiscopi Gnesnensis*

quæ in partibus quatuor, totidem haberet lapides appensos, ut si caput altrorsum declinaret, illico in lapidem impingere. Mortuus in Ungaria, die decima sexta Julii, anno Christi millesimo nono, in monte Ferreo sepulturæ honorē accepit à Calisto III. Pótifice maximo unâ cum socio in numerum sanctorum relatus, cuius memoria quotannis ipsa die sui obitus, magnâ populi frequentiâ colitur. Sanctitatem illius pluribus miraculis Deus illustravit. Quodam tempore inter latrones, quorum illa solitudo ferax est, pugna oborta est, ex quibus

quibus unum lethalibus sauci-  
atum vulneribus socii ad cel-  
lam sancti Andreæ, cuius san-  
ctitatis fama per oram illam  
percrebuerat, deferebant. Sed  
cum ab ea longius abessent ex-  
tinctus est latro. Corpus ergo  
exanime in illam inferunt, &  
cum media nocte tumulo mā-  
dare vellent cadaver, subito  
mortuus exurrexit: perterrefa-  
cti latrones, fugam arripiunt;  
sed illo in clamante, ac ut abs-  
que timore ullo subsisterent,  
admonēte, precibus & meritis  
Zeorardi se ad vitam resusci-  
tatum asseveravit: subsistunt, &  
præ gaudio plorātes, actis Deo

&amp;

287 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
& sancto Andreæ gratiis, ut secū  
redeat, socium redivivum invi-  
tatant. Verùm ille, debitor vi-  
tæ sancto, negavit se unquam  
ab illa cella discessurum, ibi ad  
mortem usque Deo, & sancto  
Zeorardo servitum se polli-  
citus, quod fide constanti, &  
stabili perseverantia executus  
est. In civitate Nitria, quidā  
damnatus ad furcam, suspensus  
est, qui cùm spectator sui sup-  
plicii populus abiisset, non lon-  
go post intervallo ipsum sub-  
secutus, ad Abbatem Philippū  
venit, & quomodo manibus  
Beati Andreæ reste fuerit solu-  
tus exposuit. Cum inquit da-  
mnatus

mnatus essem, & opem sancti  
devotè implorassem, eodē pū-  
cto temporis, quo de patibulo  
deiectus fui, mole ipsa corpo-  
ris, stranguland⁹ S. vir manus ca-  
denti supposuit, idemque vin-  
ctum exsolvit, & abire jussit.  
Anno Domini millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo nono, die  
decima sexta Iulii, quā festum  
sancti celebrari solet, tempori-  
bus Sigismundi Augusti Regis  
Poloniæ, frequens aderat Po-  
pulus, ut divinis officiis vacaret  
ac se precibus viri sancti com-  
mendaret, in Ecclesia, quæ su-  
per cellam ipsius edificata est,  
in qua vir sanctus, antequam  
iret

289 *Archiepiscopi Gnesnensis*

iret in Ungariam, annis aliquot na  
commoratus. Ibi populū Ca- tos  
tholicum orantem, ausu nefario vav  
publicæ securitatis violatores, poe  
& Ecclesiasticæ immunitatis sa- th  
crilegi eversores, magna vi ado- in l  
riuntur, & exturbare de templo me  
conantur: populus interim, opē ten  
sancti viri magna contentionē Po  
vocis, & fervore spiritus implo- gnu  
rat: sancte Andrea Zeorarde, gul  
serve Dei, defende Ecclesiā ab cub  
impiis Luteranis, fidei Catho- quo  
licæ hostibus; protinus sanctus dre  
vocatus apparuit manifestè, & pra  
baculo ignito, quem gerebat, der  
hæreticos propulsans, ē Cœme- san  
terio exegit, multos ex iis divi- sis

na

quot na ultio flāmis absumpsit, mul-  
tos excæcavit, multos vitâ pri-  
vavit, nōnulli mirabili coerciti  
pœna sanctæ Matri Ecclesiæ Ca-  
tholicæ manus dederunt. Extat  
in hodiernum usque diem sancti  
memoria, lapis in Cœmeterio  
templi, quod octo miliaribus  
Polonicis Cracoviâ distat, ma-  
gnus, niger, siliceus, quadran-  
gulus, ut mensa planus, tribus  
ab cubitis longus, uno latus, in  
quo plantæ pedum, sancti An-  
dreæ consistentis impressæ in-  
& præsætia ſniū cernuntur. In ea-  
dem eremo ad Nitriam mansit  
sanctus Bonifacius Camaldulé-  
sis Martyr egregius, Apostolus,

Q

&amp; ar-

291 Archiepiscopi Gnesnensis  
& Archiepiscopus Russorum,  
cuius vitam Sanctus Petrus Da-  
mianus Camaldulensis Sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ Cardinalis &  
Episcopus Ostiensis, in vitam S.  
Romualdi Patris diligenter in-  
seruit.

C A P U T    XXXIII.  
*Aliorum duorum Eremitarum  
Camaldulensium mors.*

**B**enedictus, cùm triennium  
Magistro suo Andreæ super-  
vixisset, austeritatem vitæ illius  
imitando à latronibus, multa  
pecuniâ se cumulatum suspican-  
tibus: ad ripam fluminis Vag-  
jugulatus, & in alveum flumi-  
nis

nis præcipitatus est ; cuius corpus diù conquisitum, nec post annum integrum inventum, visa est aquila candida observare, in ripa fluminis eiusdem, quo inditio repertum & ab aquis extractum, ita integrum, & recens apparuit, ac si non multò ante, spiritus illud vitæ deseruisseisset. Extat in Nitria ubi viri sacerdotali manserunt, parva vinea manibus eorum plantata, in usum divini sacrificii, quæ toto anno suppeditare solebat vinum ; Ex ea si quis uvas abstulisset incidebat in febrim, nec ante pristinæ, quam peregisset, pœnitentiā, sanitati restituebatur ; in-

293 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
firmis & febricitantibus, ex ea  
propinato cum devotione vino  
conferri salutem, & vires, mul-  
torum fide dignorum testimo-  
nio comprobatur. Conditus est  
sanctus vir benedictus in basili-  
ca Beati Emmeriami Martyris,  
in eodem sepulchro, in quo Be-  
ati Andreæ Magistri sui ossa  
quieverunt.

Sanctus Justus, sancti Barna-  
bæ discipulus, ac sanctorum  
Andreæ Zeorardi, & Benedicti  
Zuirardi socius, mansit in mor-  
te Lobzovensi, apud fluvium  
Dunajecium, prope oppidum  
Opatovecum, octo milliaribus  
Polonicis Cracoviâ Dissitum,  
hone-

Vita S. Bogumili 294

honestis Parentibus natus , Pa-  
tre Casimiro , Matre Salomea ,  
religiosæ vitæ decus , & exem-  
plar, Beatae Mariæ Virginis Dei-  
Paræ fervens cultor, cui , cum  
precibus assiduis à se intelligen-  
tiam sacræ Scripturæ flagitaret,  
cœtu angelico apparens stipata ,  
respondit: *Juste Filimi, oratio-*  
*nes tuas audivi , postulataq; à*  
*Filio impetravi. Ecce tibi omnia*  
*Scripturarum arcana mysteria*  
*patent, ad erudiendum ignaros in*  
*via salutis, vide ut fideliter tibi*  
*commissum talentum in usum fa-*  
*milia Domini, omne otium de-*  
*vitans, dispergas. Atque is ab il-*  
*lo tempore tanto desiderio, ac*

Q

studio

295 Archiepiscopi Gnesnensis  
studio in divinas literas fereba-  
tur, ut horis Canonicis rite per-  
solutis, orationibus etiam cer-  
tis, & exercitiis instituto Sancti  
Romualdi congruentibus, pe-  
ractis, reliquum tempus sacræ  
Scripturæ lectioni, ac eius me-  
ditationi studiosè impenderet.  
Cum autem supremum vitæ in-  
stare sibi diem advertisset, Ec-  
clesiæ Sacramentis munitus, in  
lachrimis, & crebris ad Deum,  
& Deiparam Virginem suspiriis  
illisdevotè prolatis: *In manus*  
*tuas Domine commendō spiritum*  
*meum,* assistentibus sibi Andrea  
& Benedicto vitam præsentem  
cum æterna feliciter commuta-

OIDHJ!

vit,

vit, Anno Domini millesimo  
septimo, die nona Julii. Anno  
Domini millesimo quingente-  
simo septuagesimo secundo,  
Stanislaus Pawłowski civis Opa-  
tovecensis, cum uxore, ac filia  
nomine Salomea, visitabant se-  
pulchrum sanctæ Cunegundis,  
Olim Reginæ Poloniæ, deinde  
in nova Sandech Monasterii  
Ordinis Sanctæ Claræ professæ  
religiosæ, quod Opatovcio du-  
obus milliaribus Polonicis di-  
stat; unde per tenebras obscura  
nocte redeuntes, hora secunda  
devenerunt in villam Lobzow  
ubi quiescit corpus sancti Justi-  
ni præterque templum eentes,

Q 4

ōnes

297 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
omnes curru descenderunt, &  
genibus in cœmterio flexis,  
orabant Deum per merita san-  
cti Confessoris, ut sine omni pe-  
riculo, & noxa, incolumes do-  
mum pervenirent. Posteaquā  
sinitis precibus, currum ascē-  
derunt, apparuit eis vir venera-  
bilis, albis vestibus indutus, ma-  
gna claritate circumfulgens,  
duos baculos saliceos tenens,  
quorum unum dedit aurigæ, al-  
terum filiæ Salomeæ, dicens:  
*Ite in pace Dominus Deus sit vo-*  
*biscum ego qui sum Iustus ero ve-*  
*stri comes & dux viæ: tandem*  
disparuit; baculi verò illi in ar-  
dentes conversi faces, rectum  
illis

illis monstrabant iter: atque ut  
securi domum pervenerunt,  
rursus sanctus vir apparuit eis  
dicens: *Manete in pace, & tu*  
*filia mea fac ut sis sponsa Dei*  
*Monasterium Sandecense ingre-*  
*diens quo dicto ardentes faces*  
*extinxit, & in baculos ut erant*  
*prius convertit, ac demum re-*  
*pente disparuit. Grati tanto*  
*beneficio, in terram prostrati*  
*gratias egerunt Deo, qui comi-*  
*tem itineris sanctum Justum si-*  
*bi mittere dignatus est. Salo-*  
*mea sanctimonialis effecta in*  
*Sandecensi monasterio, post*  
*triennium sancte Deo serviens,*  
*ad celestis sponsi nuptias felici-*  
*ter migravit.* CA-

C A P U T    XXXIV.  
*Eremitarum Camaldulensium in  
Hugaria propagatio.*

**A**Tque hi ex eremo Camal-  
dulensi, cœlestis doctrinæ  
Magistri, ad erudiendos Polo-  
nos prodierunt, vitæ austерitate  
patres admirandi, contéptu fa-  
stus mundani, rerumque cadu-  
carum suspiciendi, propter eos,  
qui hæreditatem salutis cape-  
rēt, in ministerium veloces an-  
geli, tanquam igniti Seraphini,  
à sede Apostolica missi, nullas  
sibi utilitates quærentes, sed so-  
las animas pretioso Christi San-  
guine redemptas, ardentissimo  
deside-

desiderio depereuntes. Quorū  
nominā, ne conscripta in cœlis  
ingrata in terris oblivione se-  
peliantur, præsertim in nostris,  
ubi sudorem, & sanguinem ma-  
jorum, & nostrūm saluti confe-  
crarunt, benevolo cāandidi le-  
ctoris obtutui, subjicienda duxi,  
quæ sunt : sanctus Adalbertus,  
Episcopus Pragensis, Archiepi-  
scopus Gnesnensis, Prussorum  
Apostolus, Christi martyr glo-  
riosus, Joannes, Benedictus, Isa-  
ac, Matthæus, Christinus, Be-  
nedictus, Zuirardus, Athanasius  
Laurentius, Martyres: Christia-  
nus, Papantes, Barnabas, An-  
dreas, Zeovardus, Justus, Con-

fessores

301 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
fessores: Hieronymus item Pra-  
gensis Bohemus, magni Duca-  
tus Lithvaniæ, & Samogitiæ  
Apostolus, & Confessor, sacerdos  
Bonifacius Italus, Ducatus Rus-  
siæ Archiepiscopus & Mart.  
sanctus denique noster Bogu-  
milus Gnesnensis Archiepisco-  
pus Confessor. *Isti sunt viri, per*  
*quos Tibi Evangelium Christi.*  
*Sarmatia resplenduit. Isti sunt*  
*Patres Tui, verique Pastores,*  
quorum salutaribus doctrinis  
illustrata, feram barbariem sva-  
vi jugo Christi collum subiiciēs,  
edo muisti; ut quæ nunquam  
Romanorū veterum potentiarū  
servieras, ad Romani Pontificis  
pedes .

pedes, prostratam sponte libertatem glorioius extenderes.

Sed iam ad sanctum Bogumilū revertamur; Multos per profūdos sylvarum recessus, habuerunt Eremitæ Camaldulenises discipulos, post promulgationē Evangelii in Bohemia, Polonia, Hūgaria, in quibus Casimirita na Polonorum eremus celebrior fuit, ob memoriam sanctorum Martyrum, in qua, & ipsorum interfectores pœnitentiam agentes permanerunt, quorum regimini, duobus etiam de Hūgaria per sanctum Romualdum missis, præerat sanctus Barnabas ab Italia reversus. Ab iis igitur

303 Archiepiscopi Gnesnensis  
tur, vel à Moraviæ confinibus  
eremicolis, Romualdinæ auste-  
ritatis institutum edidicit san-  
ctus Bogumilus, de quo sic ait  
Martinus Boronius: *Inculpatæ*  
*vitæ præsul, in Deum magnæ cō-*  
*templationis, pius, & sanctus in*  
*operibus, maximo devotionis ar-*  
*dore ad Beatam Mariam Virgi-*  
*nem, sanctos Adalbertum & Sta-*  
*nislauum Pontifices, ac sex Fratres*  
*Polonus, Ordinis Camaldulensiū*  
*Patronos Regni Poloniæ flagrans,*  
*qui etiam in eremo secundū Re-*  
*gulam sancti Romualdi, quam*  
*in mente affixam, & aliam scri-*  
*ptam habebat, regulariter omnes*  
*dies vitæ suæ, in ieiuniis, disci-*  
*plinis*

plinis, ac orationibus transegit :  
puro corde, Deo , & sanctis eius  
serviens. Ubi dum asserit, quòd  
sanctus Bogumilus habuerit Re-  
gulam scriptam sancti Romu-  
aldi de Regula sancti Patris Be-  
nedicti debet intelligi, secundū  
quam Romualdinæ disciplinæ  
alumni, profiteri solent. Cùm  
verò in Ungaria quindecim illi,  
à sancto Romualdo missi Fra-  
tres, in tantum Camaldulensis  
Ordinis observantiā propagas-  
sent, ut jam monasteria , reli-  
quos ad societatem illius vitæ  
aspirantes, capere non possent,  
Romualdinæ austерitatis imi-  
tatore, tuguriola sibi excitarunt

in

305 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
in solitudine: in quibus, more  
antiquorum eremitarum, sin-  
guli viritim habitabant, nullius  
obedientiæ jugo subiecti, san-  
ctum Paulum primum Eremitā,  
& alios subsequentes Patres,  
imitando: ex vitisque illorum  
relictis, exempla vivendi de-  
promendo: Tandem ab extasi  
contemplationis, amore juvan-  
di proximos, exciti, in Cœno-  
bia se, ac Civitates, & oppi-  
da, ut ibi avangelizarent, ac  
curæ salutis, non propriæ dun-  
taxat, verūm etiam alienæ, in-  
cumberent, actionem contem-  
plationi junxerunt: Strictum il-  
lud vivendi genus, perpetuæ à  
carni-

carnibus abstinentiæ, ob labores, quos in concionibus, & confessionum exceptionibus, ac Sacramentorum administracionibus, subire debebant, summo Christi Vicario temperante, & ad Regulam illos sancti Patris Augustini transferente postquam illos in sollicitudinibus circa curam animarum partem, Archiepiscopus Strigoniensis vocasset, anno domini 1214. quorum institutum Gentilis presbyter Cardinalis legatus de latere Clementis V. anno Domini 1308 approbavit apostolica suffultus autoritate. Habitum illi album Eremitarum Camaldulens-

R

siū

307 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
sium retinent, ac Eremitæ san-  
cti Pauli vocantur. Generalē  
Priorem sui Ordinis habent in  
Ungaria, in Cœnobio Talensi  
celeberrimo tantæ authorita-  
tis, ut in publicis Regni Unga-  
riæ comitiis, inter Proceres,  
locum, & vocem habeat, in  
expendendis Reipublicæ consi-  
liis. Cum autem Vladislaus  
Dux Opoliensis Anno domini  
millesimo trecentesimo octo-  
gesimo secundo tunc Prorex  
Poloniæ, sacram Deiparæ Vir-  
gins imaginem à sancto Luca  
depictam, & Hierosolimis Con-  
stantinopolim, inde in Russiam  
translatam, sibique post annos  
quin-

quingentos à Duce Russiæ donatam, in monte, Czestochoviensi civitati vicino diæcessis Cracoviensis, proposuisset collocare, hos potissimum S. Pauli Primi Eremitæ Patres, ex Hungaria, ubi plurima sanctitatis, & doctrinæ specimina ediderūt, tantoque irradiarunt splendore, ut in partes vicinas maximè in Silesiam, & Poloniam, clarissimum jubar eius Ordinis promicuerit humanissima invitatiōne accersivit, eisque monasterium & basilicā sumptu magnifico, postquam condidisset, pretiosum hoc sacræ imaginis Cymelion, religiosè custodien-

R<sup>2</sup> dum

309 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
dum, commisit. Qui quam  
heroicam fortitudinem in sacra  
icone servanda, & ab iniuriis,  
& oppugnationibus hæretico-  
rum defendenda probaverint,  
universus orbis Christianus sū-  
ma cum admiratione agnovit,  
anno domini millesimo sexcen-  
tesimo quinquagesimo quinto,  
quo Sudermaniæ Princeps, Ca-  
rolus Gustavus, Regnum Polo-  
niarum inopinato exercitu  
occupatum, miserabili clade va-  
stavit; solis Eremitis sancti Pauli  
eius potentiae imperterrita con-  
stantia; Deipara suos clientes  
mirabiliter protegente resisten-  
tibus, ardenti pietatis zelo, &  
invicta

sis  
uam  
sacra  
riis,  
ico-  
rint,  
s sū-  
ovit,  
cen-  
to,  
Ca,  
olo-  
citu  
e va-  
Pauli  
con-  
ntes  
ten-  
&  
ta

*Vita S. Bogumili*

310

invicta fortitudine animi Fra-  
tribus præeunte , illosque , vel  
sangvine , ac vitæ prodigalita-  
te ad restringendum hæretico-  
rum in Deiparam Virginem o-  
dium , adhortante A.R.P. Au-  
gustino Kordecki , tunc Claro-  
montani Cœnobii Priore , de-  
inde verò per Silesiam , & Po-  
loniam Ordinis Prothoëremi-  
tici Priore Provinciali , ac Vi-  
sitatore vigilantissimo . Cuius  
obsidionis seriem , accurate de-  
scriptam , titulo Gigātomachiæ  
præscripto , typis mandavit , &  
supremo Christiani Orbis An-  
tistiti Alexandro VII. conse-  
cravit.

R3

CA-

## C A P U T    XXXV.

*Sanctus Bogumilus in Eremum  
secedit: laudes eremiticæ vi-  
tæ proponuntur.*

**S**ic calamitatū Ecclesiæ pertæ-  
sus, quibus remedium per id  
tempus adhiberi nequibat, di-  
ligenter animo perpendens Bo-  
gumilus, quod Pastoralis curæ  
solicitudo, nihil aliud sit, quam  
fluctuantis mentis afflictio: ubi  
propriis omisis, commodis a-  
lienis vacare, necessarium sit;  
atque illud extimescens, ne se  
alienæ tempestatis fluctibus in-  
volutum, vis consilii expers in  
æternum traheret præcipitium,  
iuxta

juxta quod de se scribit Hieronymus ad Eustochiū: *Scito quia nūc essem de numero damnatorū, si fuisſē de numero Episcoporum,* Archiepiscopatu Gnesnensi se abdicat illumque in manus Apostolici Nuncii, quod multo ante iam maturo consilio deliberaverat, impetratā, ut præmissum est, licentiā, resignat, & in eremum solitudinis Dobrovensis, concedit. Excelsis Principum palatiis. vile turguriolū permutat, pro splendido & pretiosovestitu, rudem tunicā induit, pro interula, cilicum assumit, pro Magnatum, & Ducum conversatione bestiarum,

313 *Archipiscopi Gnesnensis*  
& ferarum Societati adjungitur,  
caput fessum vigiliis, & oratio-  
nibus, pro molli culcitra, vel  
cervicali, viridi cespite, vel sac-  
co paleis infarto, reclinat: Sur-  
git modica quiete recreatus, so-  
mno brevi, non fracto, sed exple-  
to; & interdum pernoctantis  
philomelæ cantibus experrectus,  
pulsisque torporibus, quietis horis  
psallere incipiens, ianitorem la-  
biorum, ut ingressuris laudibus  
matutinis aperiat, devotus ex-  
poscit: & cordis sui Dominum in  
adiutorium vocat, nihilque vi-  
ribus suis fidens & imminentium  
conciusque metuensque discrimi-  
num, ut festinet obsecrat; nullis te-  
xendis

xendis fraudibus intentus; sed  
Dei gloriam, & sanctorum lau-  
des, non in dies tantum sed in  
horas, & indefesso linguae fa-  
mulatu; & pio mentis obsequio  
repetens: ne quando fersan in-  
grato animo, divinorum munerū  
memoria, evanescat: & saepe in-  
tere a securi timoris, ac tepidæ spei  
plenus, memorque præteriti, ac  
futuri prævidens, læto (mirum  
dictu) dolore; felicibus lachrymis  
abundat; inde suspiciens cœlum,  
ac stellas, ac illis habitantem Do-  
minum Deum suum, tota mente  
suspirans: ac patriam cogitans  
& de exilii sui loco ardenti tæ-  
dio ad illam anhelans, admirā-

dā

315 Archiepiscopi Gnesnensis

dā rerum Conditoris maiestatē,  
veneratur & adorat: crebriū in  
voces divini Psaltis erumpens:  
*Domine Dominus noster, quām  
admirabile est nomen tuum in u-  
niversa terra!* *Quoniam elevata  
est magnificentia tua, super cœlos.*  
Deinde recreatas modico cibo  
vires, ad studium jucundæ le-  
ctionis confert, igneque amoris  
divinorum beneficiorum recor-  
datione, suscitat, & conceptas  
illius scintillas, studiosæ volun-  
tatis affectibus, in flāmam dif-  
flat eminentem, lachrymis in-  
terim ab æstuantis cordis incē-  
dio vapore divini spiritus elici-  
tis, in refrigeriū vultus accensi,

per

per genas svavi dulcedine rorātibus. Tandem aëtis Deo gratiis, dieique partibus ad calculū revocatis, qua virtute in singulis profecerit, aut defecerit, accuratiū exāminando, & humi mēbra fusus, intervigilando, quæ inter diu legerat, memoriā repetens, multa cum animi tranquillitate venturæ lucis initium præstolatur. O eremus sanctarū mentium delectatio! ò intimi sensus inexhausta dulcedo! O torrēs voluptatis, à fonte in vitam æternam salienete, dimanans ! Nemo credit, nisi qui sitibund⁹ accedit quanta Ubertate domus Dei, cum svavissimo interni gустus

317 Archiepiscopi Gnesnensis  
stus oblectamento, tuos culto-  
res reficis, & inebrias? Una  
gutta tuæ refocillationis, pre-  
ciosior est omni balsamo, cun-  
ctis Regum, & Principum deli-  
ciis, jucundior; incomparabilis  
totius mundi thesaurus: *Si de-*  
*derit homo omnem substan-*  
*tiam domus suæ pro dilectione,*  
*quasi nihil despiciet eam.* Hic hic  
spontè cœlestis desideriorum  
impletur æstus: *Ducam eam*  
*in solitudinem & ibi loquar ad*  
*cor eius.* Hic divinis impar spō-  
so delitiis cœlestes in auxilium  
vocat Spritus: *Introduxit me*  
*inquietus in cellam vinariam or-*  
*dinavit in me charitatem. Fulcite*

me

Vita S. Bogumili 318

me floribus, stipate me malis, quia  
amore langueo. Anima mea lique-  
facta est, ut dilectus locutus est.

Hic mutuos æterni fæderis, &  
nunquam dissolvendarum nu-  
ptiarum sponsus & sponsa paci-  
scuntur arrhabones: sponsus of-  
fert annulum, pone me ut signa-  
colum super cor tuum, ut signacu-  
lum super brachium tuum. Spō-  
sa recipit svavissimè olentem à  
dilecto myrrhæ fasciculum,  
quem olfaciens, & cordi appo-  
nens, tenerrimè tantum com-  
plexa pignus, lætabunda canit:  
*Fasciculus myrrhæ dilectus meus  
inter ubera mea commorabitur.*  
Offert vicissim sponso poma &  
vinum

319 Archiepiscopi Gnesnensis  
vinum: omnia poma nova & ve-  
tera dilecte mi servavi, dabo tibi  
poculum ex vino condito, & mu-  
sium malorum granatorum meo-  
rum. O amor! ô voluptas! Quæ  
talis amor ebriat, Quam felix est  
quem satiat! Quam profundus  
ut capiat! Quid dulcis Jesus sa-  
piat; non importunæ ibi van-  
rum cogitationum muscæ, in-  
ter orandum tranquillitatem a-  
nimi tedentis in Deum, pertur-  
bant, non angoribus mens qua-  
satur anxiis, ne cui de se querē-  
di dederit occasionem, non se-  
renitatem consciëtiæ obscurat,  
aligenæ famæ restitutionis so-  
licitudo, non cupiditatum no-

xiarum

xiarum composita pectoris qui-  
es pernicioſo pulsatur tumultu,  
absunt iurgia, silent lites, con-  
tentiones exulant. Meum &  
Tuum, pronomina bellum mo-  
ventia, non audiuntur. Non  
invenit cuius se præferat excel-  
lentiæ superbia: Non habet in-  
quem distortos vibret obrutus  
invidia. Non reperit opes, qui-  
bus cor apponat, avatitia. Non  
ira furentis vindictæ, fuscitat  
incendia. Non saginatum di-  
versitate ciborum ventrem su-  
pinat acedia. Non habet irrita-  
menta voracitatis, vel ebrieta-  
tis gula. Desunt illecebroſæ fo-  
menta luxuriæ. Secura quies,

tran-

321 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
tranquilla statio, hilaris mala-  
tia, ridet inconstantes tumul-  
tuantis mundi fluctus, dulces  
æternæ pacis, cœlestis Hierusa-  
lem, delicias prælibando.

C A P U T XXXVI.  
*Paupertas S. Bogumili.*

**M**Agnarum & heroicarum  
virtutum, in hoc ad ere-  
mum successu, sanctus Bogumi-  
lus specimen exhibuit, & inpri-  
mis paupertatis: quæ Apostoli-  
cæ perfectionis est fundamentū,  
Principis Apostolorum sancti  
Petri Christo constanter adha-  
rentis, manifestatione: *Ecce*  
*nos*

sis

Vita S Bogumili.

322

nala- nos reliquimus omnia & secuti  
mul- sumus te. Reliquit sanctus Bo-  
ulces gumilus non spem dunxat ha-  
rusa- bendi, quæ mundus suis polli-  
I. cetur sectatoribus, & ad quæ  
obtinenda, toto conatu ambi-  
tiosæ mentis anhelant, spe vo-  
luptatis æternæ conculcata, sæ-  
culi præsentis amatores. Re-  
nunciavit avito splendori nata-  
lium, ut inter pauperes, quos re-  
gni cœlestis hoeredes scripsit U-  
nigenitus Dei filius, securiore  
versaretur fiducia, Deseruit am-  
plas possessiones, ut in domo  
Patris æterni multarum mansi-  
onum esset habitaor. Egressus  
de domo & cognatione pater-

S

na

323. *Archiepiscopi Gnesnen sis*  
na, ut inter cives sanctorum, &  
domesticos Dei, non dubius  
cohæres censeretur. Sprevit ex-  
celsum dignitatis culmen, ami-  
corum, famulorumque nume-  
roso stipatorum agmine postha-  
buit frequentiam, ut Ei, qui cùm  
esset dives, nostri causa egenus  
factus est, quām simillimus ap-  
pareret. Contempfit heroica  
magnanimitate, opes caducas,  
ut se dignū in pauperibus Chri-  
sto ministrum exhiberet. Ne-  
mo enim *alius est Deo dignus*  
*quam qui opes contempfit.* Ille in-  
gentis est animi, qui divitias ri-  
det, magnus qui in divitiis pau-  
per, est securior qui caret. Bonum  
est

est facultates cum dispensatione erogare, melius est pro intentione sequendi Dominum, insimul donare, & absolutum in solitudine, egere cum Christo. Sciebat sanctus vir uberes in paupertate provenire fructus: peccatorum præservationem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderii cœlestis impletionem, divinæ dulcedinis participationem, exaltationem, cœlestem hæreditatem; quos omnes magna jucunditate degustavit, & nunc beatus hæreditatis æternæ possessor, copiosa mercede strenuus mundi triumphator, obtinet immensas Regni cœlestis, pau-

325 Archiepiscopi Gnesnensis  
peribus promissi, divitas Quod  
si nihil est tam angusti animi  
tanquam parvi, quam amare di-  
vitias, nihil honestius, magnifi-  
centiusque quam pecuniam conte-  
mnere, si non habeas, si habeas ad  
munificentiam liberalitatemque  
conferre. Vastam animi ampli-  
tudinem necesse est ut habue-  
rit Bogumilus, cuius desiderii  
æstus, quidquid infra Deum es-  
set, ne dicā extinguere, sed nec  
mitigare posset: Nimium capax,  
& excelsus est animus, qui sola  
Dei voluntate contentus, fuca-  
tam, & instabilem mundi to-  
tiū fastidit pulchritudinem, ut  
si generosum decet virum non  
habitā

habitam contemnere pecuniā ,  
& nulla in ea ferri cupiditate,  
quām longē gloriosior , & o-  
mni humano sublimior fastigio  
censendus est Bogumilus , qui  
habitam abjecit, dispersit, dedit  
pauperibus? & non modo pecu-  
niæ, verūm etiam omnium divi-  
tiarum, possessionum, Civitatū  
oppidorum, Villarum, prædio-  
rum, hortorum , horreorum ,  
monilium , gemmarum , auri ,  
argentique opulentiaē nunquam  
cor apposuit, imò iis omnibus ,  
heroica fortitudine renuncia-  
vit, ut nudus cum nudo Dia-  
bolo, invictus Athleta Christi  
in eremo luctaretur. Vilesce-

S3

bat

327 *Archiepiscopi Gnesnensis*

bat illi amor vitæ præsentis ,  
tantò fastidiosius quantò ad cœ-  
lestium bonorum secretas divi-  
tias, mente ferebatur sublimius,  
& præ dulcedine amoris divini,  
omnes præsentis sæculi felicita-  
tes amarescebant. Nihil sapi-  
ebat illi , nisi legis Dominicæ  
meditatione conditum , nihil  
virum Dei oblectabat,nisi quod  
ab oblectamentis sensuum car-  
nem abstraheret , ut animi fa-  
cultatibus in crucis obsequium  
subactis, & in servitutem Cru-  
cifixi redactis sensibus, non in-  
iuria usurpare videri posset il-  
lud Apostolicum elogium: *vivo*  
*ego , iam non ego , vivit verò*  
*in me*

*in me Christus:* ita enim omnes  
sensus rationis imperio subie-  
cerat, & ad exemplar Crucifixi  
mancipaverat, ut iis non nisi ad  
ipsius servitutem uteretur.

## CAPUT XXXVII.

### *Tentationes S. Bogumili.*

**T**ribus lanceis aggressus est,  
hostis humani generis, vitæ  
solitariæ Tyronem in deserto.  
Primum in eum contorsit telū,  
sanctorum Patrum divitum re-  
cognitionem: Abraham, Isaac,  
Jacob, Loth, Job, David, qui-  
bus divitiæ nihil obfuerūt, imò  
profuerunt plurimū, ut eas  
cum indigentibus partientes be-

329 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
neficienciæ, ac hospitalitatis  
præmia uberiora consequen-  
tur: cui apposuit scutum Chri-  
sti Domini, quod ad maiorem  
conducit perfectionem, consu-  
lentis: *Si vis perfectus esse, vade,*  
*vende quæ habes, & da paupe-*  
*ribus, & habebis thesaurum in*  
*cœlo: & veni sequere me.* Et  
illud sancti Ambrosii. *Nemo*  
*plus tribuit, quam qui sibi ni-*  
*hil reliquit.* Secundum spiculū  
jecit: *Quid est, quod Ecclesiā*  
in tam turbulentō statu, & Ré-  
publicam salutaribus destitutā  
consiliis, in tam calamitosa tē-  
pestate fluctuantem, deseruisti?  
non satis utriusque fidelis na-  
varch⁹

varchus; cūm auxiliatricē manum tuam maximē flagitarent Episcopi, & Senatūs Principes? contra cuius vim fortissimo se contexit clypeo: *Quid ad te, tu me sequere.* *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Unum est necessarium, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Nemo militans Deo implicat se se negotiis sacerdotalibus. Tertiam phalaricam libravit perniciofissimam superbiæ: Ergo tu inquit maximē dilectus es Deo, qui omnia præcepta ipsius impleveris, pauperibus bona distribu-

331 Archiepiscopi Gnesnensis  
stribueris, opes contempseris,  
nihil eorum quæ mundi sunt  
quærens, sola Dei gloriâ con-  
tentus. Gravissima hæc est cō-  
tra servos Dei sarissa: Nam Dæ-  
mon hoc præcipue querit, ut e-  
os quos aliis vitiis sub suum ve-  
xillum minime attrahere potu-  
it, elationis medio, & inani glo-  
ria atque superbiâ trahat, & à  
virtutum semita hoc pacto faciat  
deviare. Nam cùm cætera vi-  
tia, facile suam prodant turpi-  
tudinem, eadem facilitate vita-  
ri possunt; qua turpiâ apparent,  
superbia in bonis operibus se  
plerumque abscondit, ut perdat,  
tineæ similis, in purpurea vel  
holo-

holoferica veste, quam in rudi  
panno libentiū immorantis.  
Deinde altiū ab ipsa natura  
corrupta exitialis hæc sementis  
sparsa est, in mentes Adæ po-  
sterorum, seminante Diabolo,  
& protoplastis parentibus divi-  
na m pollicente gloriam: *Eri-*  
*tis sicut Dij. Unde omnes trahi-*  
*mur laudis studio, & optimus*  
*quisque (juxta vulgi opinionem)*  
*gloriâ ducitur: magnumq; memo-*  
*riâ posteritatis successuræ alit he-*  
*roicarum virtutum incrementū.*  
*Hinc plures ex Philosophis invēti*  
*sunt divitiarum contemptores,*  
*qui tamen in eo ipso contemptu,*  
*superbiâ turgidi, ventosam glo-*  
*riam*

333 Archiepiscopi Gnesnensis  
riam sunt aucupati. Sicut Di-  
ogenes fastum Platonis maiore  
fastu calcavit. Et illi Philoso-  
phi; qui se minimè teneri gloriae  
cupiditate populo venditabant,  
tamen libris, quos de contemnen-  
da gloria scriperunt, nomen suū  
affixerunt, in eo ipso quod prædi-  
cationem, & nobilitatem despe-  
xerint, prædicari se ac nominari  
cupientes. Amplissimus est glo-  
riæ quærendæ campus, Pontifi-  
cialis dignitas, quæ sive quod-  
dam est illius captandæ, illiciū:  
quæ etiam subinde sanctorum  
Patrum, & diligenter in suo  
munere versatorum, mentes ti-  
tillare consuevit, iuxta quod  
scripsit

scripsit sanctus Gregorius: *Ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus:* & quia, eò ipso quò cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem liceentiam habemus, suscepτæ benedictionis ministerium, vertimus ad ambitionis argumentum Opposuit huic telo, umberem firmissimum sermonis Christi Bogumilus: *Si quis vult post me venire, abneget se met ipsum & tollat crucem suam & sequatur me.* Quam sic abnegationem Magnus describit Basilius: *Nihil aliud est sui abnegatio, nisi summa rerum omnium*

335 Archiepiscopi Gnesnensis  
um, & vitæ prius transactæ, o-  
blivio: atque à sui ipsius volu-  
tatis recessio; quam in vita  
communi assequi longè est difficil-  
limum: ne dicam ab omni pror-  
sus ut fieri possit, facultate re-  
motissimum. Cùm autem in-  
ximus sit labor, abnegare se i-  
psum, solida spe succursus di-  
vini fulciri debuit, qui tam ar-  
duum vitæ genus aggressus est  
Nam fortasse laboriosum non est,  
homini relinquere sua, sed val-  
de laboriosum est relinquere se  
ipsum: minus quippe est abnegare  
quod habet, valde autem multum  
est abnegare quod est. Oblitus  
est Bogumilus quod fuit. Re-  
tudit

tudit vane gloriæ titillationem,  
scuto veritatis: Cùm feceritis o-  
mnia, qnæ præcepta sunt vobis,  
dicite: servi inutiles sumus: totā  
gloriam in Deum referendo:  
*Non nobis Domine non nobis,*  
*sed nomini tuo da gloriam.*

C A P U T XXXVIII.

*Spes S. Bogumili.*

**I**nduit Panopliam, quâ Chri-  
sti milites armat Doctor gen-  
tium: Accipite armaturam Dei,  
ut possitis resistere in die malo, &  
in omnibus perfecti stare. State  
ergo succincti lumbos vestros in  
veritate, & in luti loricam iusti-  
tie, & calceati pedes in prepa-  
ratione

337. Archiepiscopi Gnesnensis  
ratione Evangelij pacis: in omni-  
bus sumentes scutum fidei, in quo  
possitis omnia tela nequissimi ignea  
extingvere: & galeam salutis assuite;  
& gladium spiritus ( quod est  
Verbum Dei ) per omnem orati-  
onem, & obsecrationem, orantes  
omni tempore in spiritu. Ubi ve-  
ritatem, justitiam, pacem, sed  
maxime fidem, & spem, scutum,  
& galeam, cordis, & capitis mu-  
nimenta præcipua, commendat.  
Nec mirum : his enim duabus  
virtutibus, ad constanter ope-  
randum armantur homines, ac  
ne prorsus otio torpescant, ad  
ardua quævis negotia peragen-

da

da, excitantur. Nemo enim mortalium mare ingrederetur & liquido ac profundo sese committeret elemento, nisi se prius credat salvari; nec agricola semina sulcis obrueret, & fruges spargeret in terram nisi crederet venturos imbres, affuturum quoque solis teporem, quibus terra confota segetes multiplicata frugē producat, ac ventis spirantibus nutriat, nihil denique est quod in vita geri possit, si non credulitas ante præcesserit. Hæc ad calcandas sicco vestigio aquas, traxit Bogumilum, Christi promissionibus, firmissima persvasione, atque fiducia immobiliter innitentē. Huc

T

ab

339 Archiepiscopi Gnesnensis  
ab uberibus cōsolationibus sæ-  
culi abstractum, & de fluctiva-  
gīs mundi tempestatibus ere-  
ptum, ad rigidum vitæ genus  
transtulit. Spes enim est: quæ  
cunctis desideriis tēdit efficaci-  
bus, in ultimum beatitatis sco-  
pum, omnesque suas facultates  
animi, ac sensuum corporis di-  
rigit in bonum, arduum, futu-  
rum, promissum, mediis ordi-  
natis obtainendum. Atque sic  
illa fundamento nixa fidei, quæ  
est sperandarum substantia rerū,  
argumentum non apparentium,  
disponit à charitate præscripta  
media, & ad ultimam sperati-  
boni metam collineat, constan-

ti sta-

sis  
s sæ-  
tiva-  
ere-  
enus  
quæ  
caci-  
sco-  
tates  
is di-  
futu-  
ordi-  
e sic  
quæ  
rerā,  
ium,  
ripta  
erati  
stan-  
ta-

Vita S. Bogumili 340

ti stabilimento mentem, ad pa-  
triam pergentis, & navigantis  
viatoris, ne vitæ præsentis ten-  
tationum fluctibus obruatur, su-  
stinendo; ita ubi est diuina spes  
fides illico adest, & simul cha-  
ritas spei cooperans, sine qua  
spes esse nequit: sed vana, & su-  
perba præsumptio erit, quâ la-  
borant hæretici, justificationē  
soli fidei attribuentes. Quapro-  
pter Apostolus spem divinam  
nomine anchoræ appellat: *For-  
tissimum solatium habeamus, qui  
confugimus ad tenendam proposi-  
tam spem: quam sicut anchoram  
habemus animæ tutam, ac firmam  
& incedentem usque ad interiora*

T 2

wela-

341 Archiepiscopi Gnesnensis  
velaminis, ubi præcursor pro no-  
bis introivit JESUS, secundum  
ordinem Melchisedech Pontifex  
factus in æternum. Etenim sicut  
anchorâ firmantur, in secura  
statione onerariæ, ne hinc inde  
ventis circumactæ fluuant: ita  
in præsentis vitæ mari turbulē-  
to, spe promissionum Christi  
subnixa fidelis anima, nihil tē-  
pestatibus adversitatum, ex E-  
rebi faucibus exercitarum, ter-  
retur, aut movetur. Stat im-  
mobilis Christi auxilio confisa,  
& quamvis absconditum sit ab  
oculis mundi sectatorum, quos  
illa fructus apportet: tamen ul-  
tra velamen, quod mundus re-  
putat

putat stultitiam, secura quiescit;  
Christū in tribulationibus præ-  
cursorem sequens: qui proposi-  
to sibi gaudio, sustinuit crucē,  
confusione contempta. Inde  
plurimi sancti Martyres, spe fir-  
ma solidati auxilii divinitus sibi  
affuturi, vel remunerationis æ-  
ternæ, acerbissimos cruciatus  
contempserunt, ut plerique tan-  
quam molles rosas, ardentes  
carbones calcarent. Fluat  
mundi spes, ad breve sibi tem-  
pus Favoniis adspirantibus, in  
adversos post hæc scopulos  
propriā mundo inconstantia,  
convertendis, in syrtes, charib-  
desque suos nautas præcipitans.

343 Archiepiscopi Gnesnensis  
Magna est securitas cordis, nihil  
habere concupiscentiae secularis.  
Nam si ad terrena adipiscenda  
cor inhiat, securum, tranquillum  
que esse nullatenus potest, quia  
aut non habita concupiscit, ut  
babeat: aut adepta metuit ne a-  
mittat, & dum in adversis spe-  
rat prospера, in prosperis formi-  
dat adversa, buc illucque  
quasi quibusdam fluctibus, vol-  
vitur: ac per modos varios, rerum  
alternantium mutabilitate ver-  
satur. Si vero semel in appetitione  
superiorum patriae fortis stabilitate a-  
nimus figitur, minus temporalium  
rerum perturbatione vexatur.  
Divina spes ridet, laborantis  
mundi

Vita S. Bogumili 344

mundi consilia: contemnit inanes curas, & quò parciores in humana præsidia cōvertit oculos, eò firmioribus cœlestis auxiliī fixa munimentis frustra intumescentes contra se fluctus, ad suam puppim allisos, triumphat. *Insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit: inexpugnabilis est, quem multis machinis laceſſitum fortuna non transfixit: nunquam maior est;* quam ubi aliena disposuit, fecit sibi pacem, nihil timendo divitias, nil concupiscendo. Spes quæ in æternitatem erigit animal, nulla mala, quæ tolerat sentit, proinde principium beatitatis

345 Archiepiscopi Gnesnensis  
atitatis sapiēs attribuit viro spes  
humanas conculcanti. Beatus  
inquiens *vir*, qui inventus est si-  
ne macula: & qui post aurum non  
abijt: nec speravit in pecuniae the-  
sauris. *Quis est hic*, & laudabi-  
mus eum? fecit enim mirabilia in  
vita sua. Ut nulla igitur fecisset  
in vita miracula sanctus Bogu-  
milus (quæ ideo non omnibus  
sanctis attribuūtur, ne pernicio-  
sissimo errore decipientur infir-  
mi, existimantes in talibus fa-  
ctis esse majora bona, quām in  
operibus justitiæ, quibus vita æ-  
terna comparatur) tamen mira-  
bilium esset operator, in *quibus*  
*computatur pecunia contemptus*,  
*gloriae*

Vita S. Bogumili 346  
gloriæ despectus, sæcularium oc-  
cupationum segregatio, & terri-  
bilem perpeſſio.

### C A P U T XXXIX.

*Constantia S. Bogumili.*

**H**Ac spe fretus, & armatus  
constanti animo in exerci-  
tiis vitæ solitariæ permanſit :  
pro nihilo ducens tēterrīmas  
Cacodæmonum formas, in qui-  
bus antiquis eremi cultoribus  
ſolebant apparere: ut eos perter-  
refaceret, & propositi eorū sta-  
bilitatem, tædio tetricarum  
visionum, aliquomodo labefā-  
tarent; figuræ ursorum, apro-  
rum, leonum, tigridum, pardo-  
rum

347 Archiepiscopi Gnesnensis  
rum, centaurorum, & variâ di-  
storta deformitate horribilium  
monstrorum, induentes; nunc  
oculis scintillantibus ardentes,  
nunc flammas obtortis faucibus  
evomentes, nunc ludicris mo-  
re simiarum gesticulationibus,  
orationis fervorem interturbâ-  
tes, nunc teterimum fætorem  
exhalantes, nunc caliginosæ no-  
ctis atris vaporibus diem ob-  
scurantes, nūc petulcorum hir-  
corum instar lascivientes, nunc  
obscenis motibus cientes, nūc  
speciosarum fæminarum leno-  
cinante forma, libidinis pruri-  
ginem excitantes, & plurimis  
stratagematibus phantasmatū,  
eremi-

eremitas defatigātes, ut eos vel ipso importunarum visionum fastidio, ab austerioris vitæ rigore, deterrent, vel in discrimen consensūs peccandi allicerent. Omnia hæc terriculamenta contempsit generosè Bogumilus, imperterito fixus animo in Dei adjutorio , qui non deserit , nec confundi patitur , sperantes in se. Contra tales hostium machinationes , & technas sancti Antonii Eremitarum Magistri, se munierat documentis: quos cùm ipse frequentius signo crucis abegisset, tunc vincendi dæmones modū discipulis præscripsit: *Necessarium*

349 Archiepiscopi Gnesnensis  
um est donum spirituum discernē-  
dorum: ut dæmonū fraudes præ-  
videntes, adversus disparem pu-  
gnam possimus crucis elevare ve-  
xillum. Illi maximè contra Mo-  
nachos hostile odium sumunt, &  
cum in cogitationibus nihil ege-  
rint, solent pavoribus terrere, sed  
fidelibus orationibus, atque ieui-  
nijs se ad Dominum convertenti-  
bus, statim corruūt. Cùm talia  
spectra veteratorius impostor,  
crebriùs oculis obiecisset san-  
cti Joannis Gualberti Abbatis  
Vallis umbrosæ, formis ferarū,  
serpentum, draconum crocody-  
lorū illū perterrefacere cupiēs.  
vir sanctus signans frontē cru-  
ce,

ce, conatibus illorum illudendo vanis, dicebat eorum unicuique: *Si Dominus dedit tibi potestatem super me devora, si nminus, cur frustra niteris.* Præscripsit etiam modum sanctus Pater Antonius spiritus bonos & malis discernendi: Veniunt inquiens, aliquando noctu in angelos lucis se transfigurando, ut nostra bona opera laudent, & in iis perseverantiam, ac post æternum gaudium promittant: ut hoc paeto incautos in superbiam inducant, & quod magno sudore illi acquisiverunt, unica vanæ laudis oblatione, blandi adulatores eripiant. Igi-

tur

351 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
tur boni spiritus apparent, cum  
tranquillitate, ac mentis dulce-  
dine; securitatemque firmā in-  
generant iis, quibus se videndos  
exhibit, & siquidem Dei lega-  
tione, qui est fons, & principi-  
um totius lætitiae funguntur,  
inenarrabili gaudio mentem  
videntis replent; unde tantus  
fervor, ac desiderium in bonis  
operibus proficiendi exoritur,  
ut ex carnis ergastulo, volare  
in cœlum velle videatur homo,  
tali apparitione recreatus. Et  
quamvis fragilitas humanæ co-  
ditionis, ad initium visionis ex-  
timescere incipiat, tamen mox  
securitatis tranquilla serenitas;

ne

ne anceps fluctuet animus, o-  
boritur, sic cum beatissima Vir-  
go Maria, nuntio Gabrielis tur-  
bata esset, cœlestis legatis pro-  
tinus omnem tristiam, metum-  
que Virginea mente depulit.

*Ne timeas Maria invenisti enim  
gratiam apud Deum. Sic Zacha-  
rias cum apparitione Angeli ti-  
mor irruisset super se, consola-  
tionis Verbum ab eo mox ob-  
tinuit Ne timeas Zacharia quo-  
niam exaudita est deprecatio tua.*  
Sic pastores, quibus natalis  
Christi Domini nuntiabatur,  
cùm circumfulgente se inusita-  
ta luce trepidarent, audierunt  
ab Angelo **Nolite timere: ecce**

*enim*

353 Archiepiscopi Gnesnensis  
enim evangelizo vobis gaudium  
magnum, quod erit omni populo.  
Sic abeuntibus ad sepulchrum  
Domini mulieribus; timorem  
abegit Angelus *Nolite timeri*  
*vos, scio enim quod Iesum qui*  
*crucifixus est, queritis.* In tali  
bus apparitionibus quando se  
transfigurat in Angelum lucis  
Cacodæmon, non querit aliud  
quam ut adoretur, & glorian  
Deo debitam, occulto astu fu  
retur: qua etiam tentatione  
Christum Dei Filium adorin  
ausus est: *Hæc omnia tibi dabo,*  
*si cadens adoraveris me.* Habes  
igitur firmam spem divinæ pro  
tectionis, & arma præ manibus  
tenens

gium tenens, quibus sancti Patres,  
cum hoste generis humani con-  
fickerunt, terribile in eremo,  
cum ipso iniit certamen. Etsi  
mors omnium terribilium, ter-  
ribilissimum est, etiam hanc sic  
armatus bonus Christi miles  
confidenter expectat, & pulsan-  
ti iudici confessim aperit, quia læ-  
tus iudicem sustinet, & cum tem-  
pus propinquæ mortis advenerit,  
de gloria retributionis hilarescit.  
Ita cum ad sanctum Hilarionem  
venissent latrones, dissimulan-  
tes qui essent, & interrogantes,  
quid faceret si latrones adesset:  
respondit sanctus: *Qui nihil ha-  
bet, quomodo latrones timeat?*

355 Archiepiscopi Gnesnensis  
illique subjecissent: ut nihil ha-  
beas, tamen mori potes; subin-  
tulit intrepidus senex; Fateor  
me mori posse, & debere, non  
tamen mori timeo, qui morte  
expecto quotidie. Tunc com-  
puncti latrones & qui essent  
fassi, atque ad pedes ipsius pro-  
strati veniam petierunt: & vi-  
tam in melius commutarunt.  
& ex mente S. Chrysostomi o-  
pecuniæ contemptum, gloriæ dr-  
spectum, secularium occupationi  
segregationem, & terribilium per-  
peccationem operum mirabilium pa-  
trator extitit sanctus Bogumilus.

CA-

sis  
l ha-  
bin-  
teor  
non  
morte  
com-  
essent  
pro-  
& vi-  
runt.  
ni ol  
& dr  
itioni  
n per  
m pa  
milus.

C A P U T   X L .

*Abstinentia S Bogumili.*

**A**D arma cætera, quibus ex-pugnari Diabolus solet, car-nem spiritui subijciendo, & in-servitutem imperii rationis re-digendo, orationibus, ciliciis, flagellationibus, vigiliis, iejunium severum adhibuit: quòd, eius ab ipsa pueritia tenax, & religiosius observator, cùm (ut præmissum est) extitisset, tantò rigidiore à se, coluit, exactione, quantò majores, ad tentandum se vires Diabolus intendisset. &

357 Archiepiscopi Gnesnensis  
ipse firmiorem legem sibi con-  
stati proposito austeritatē vitæ  
sancti Patris Romualdi æmu-  
landi, non invitus imposuisset.  
Hanc nimirum vivendi regulam  
cunctis seclatoribus vita singula-  
ris sanctus Pater præfixit, ut tuni-  
se unusquisque eremiticæ vitæ it-  
iinium tenere cognosceret, si per  
hebdomadam triduanas, & bi-  
duanas ieiunando, quinta feria  
& dominicis diebus, olera, va-  
quodcunque liquamen, cum  
gratiarum actione perciperet, ex-  
ceptis duabus anni Quadragesi-  
mis, in quibus non solum ipse,  
sed & plerique sui discipuli, totu-  
rus hæbdomadæ soliti erant con-  
tinuare ieiinium. Ieiunare aut-

tem omnino, hoc est diem absque  
ullo cibo transigere, licet ipse sæ-  
pissime fecerit, alijs omnimodo pro-  
hibebat. Dicebat enim ad perfe-  
ctionem tendendi hoc ad summū  
congruere, ut quotidie comedat,  
Et semper esuriat, quatenus hoc  
caro per consuetudinem leviget,  
quod grave novitiis initio cōver-  
sionis apparet. Parvipendebat  
autem si quis ad tempus magnū  
quid inciperet si non etiam in eo  
longanimiter perseveraret, vigi-  
lias vero temperatè, Et cum ma-  
gna discretione faciendas maximè  
ipse, suadebat: ne cui fortasse conting-  
tot irret, ut sopori, peractis nocturnis offi-  
ciis, consentiret: sanè huiusmodi

359 Archiepiscopi Gnesnensis  
sōnnium vir sanctus in tantum mo-  
habebat exosum, ut si quis ei con-  
fiteretur, post duodecim psalmo-  
rum vigilias, vel maximē circū  
diluculum obdormivisse, nequa-  
quam posset eo die cum eius lic-  
tia, sacra Missarum solemnia ce-  
lebrare. Dicebat enim melius eſſ  
ſi possibile ſit, unum psalmum ei  
corde & cum compunctione canta-  
re: quām centum cum mentis fa-  
bulatione percurrere. Cui autem  
hæc gratia perfecte data non eſſet,  
hortabatur tamē, nequaquā deſp-  
are nequaquā vel ab ipſa corpo-  
rali exercitatione tepeſcere donic  
ipſe qui volūtatem dedit, tribuat e-  
tiā aliquando facultatē. Tantum-  
modo

ntum modo orationis incensum mentis  
con intentio in Deum semel fixa cu-  
lmo stodiat, quod exterius veniens  
circ cogitationum aura perturbat, u-  
bi enim est intentio recta, contra  
voluntatem cogitatio veniens, non  
est nimium formidanda. Hæc  
ideo ex vita sancti Romualdi  
per sanctum Petrum Damianū  
conscripta, prolixius exscripsi,  
ut non frustra laborarem, in de-  
scribendo jejunio sancti Bogu-  
mili, & vigiliis, ac orationibus.  
Satis enim est dicere & scribe-  
re, quod scripsit Martinus Ba-  
ronius de illo: Nempe præfixā  
vivendi regulam cunctis secta-  
toribus vitæ singularis, à sancto  
Patre

361 Archiepiscopi Gnesnensis  
Patre Romualdo, diligenter, ac  
fideliter fuisse observatam, à  
sancto Bogumilo: qui carnem  
expugnatricem humani generis  
debellabat, dum vivo corpori mor-  
tem delectabatur infligere. Quo-  
ties autem cibum, aut somnum  
indulgere corpori, aut alias ne-  
cessitates naturæ cogere humana  
conditio, miro afficiebatur pudo-  
re; quod tantam animi liberta-  
tem, modici carnis termini coer-  
cerent: quæ tamen jejuniorum  
& vigiliarum exercitia, matura  
discretione & prudenti trutina  
ita moderabatur ut ad cætera  
perfectionis instrumenta, ido-  
neus esset. Nam Anachoresis,  
ieiunia

ieiunia, vigiliæ, meditatio, scri-  
pturarum propter puritatem cor-  
dis quod est charitas exercenda  
sunt cum hæc omnia sint perfecti-  
onis instrumenta: omnia impe-  
dimenta quò alacrius noster a-  
mor in Deum tendat, remo-  
ventia, vigiliæ namque remo-  
vent somnolentiam, iejunium  
acediam, silentium curas, me-  
ditatio perturbationes animi,  
quies negotiorum tumultum.  
In his igitur prudenter tempe-  
randis exhortationibus vitæ so-  
litariæ, potissimum verò ieu-  
niis, sequebatur sancti Basilii  
consilium: *Quoniam innati no-*  
*bis corporis vehiculum, neque*  
*nimum*

363 Archiepiscopi Gnesnensis  
nimium laxando fræna, neque  
rursus immodicè illa retinendo ad  
virtutis cursum perducere oportet:  
idcirco corporum status, &  
habitus, & ciborum qualitates,  
solerter considerare convenit; ut  
valido corpori fræna immitamus,  
& senili frigescenti cibi potusq;  
adiumentum ingeramus. Atque  
hæc sunt instrumenta perfecti-  
onis solitariæ vitæ quibus dispo-  
nitur animus ad fruendum Deo,  
bono summè delectabili, per  
quæ vehemens, ac inexplebile de-  
siderium acceditur, placendi  
Deo, & intuendi magnificentia  
gloriae ipsius, piis & puris cogita-  
tionibus, & memorie bonorum,

quæ

Vita S. Bogumili 364

quæ ab eo nobis collata sunt, iu-  
gi cogitatione inhærendo. Hic  
ille absconditus est thesaurus in  
agro quem qui invenit homo, ab-  
scondit: & prægaudio illius va-  
dit, & vendit omnia quæ habet  
& emit agrum illam. Hic ille  
thesaurus est quem qui invenit  
homo sedebit solitarius & tace-  
bit, Infinitus enim est sapientiæ  
hominibus thesaurus: quo qui  
usi sunt, participes facti sunt ami-  
citiæ Dei, propter disciplinæ do-  
na commendati Thesaurus cœle-  
ste est desiderium, ager vero in  
quo thesaurus absconditur, disci-  
plina studii cœlestis quem profecto  
agrum venditis omnibus compa-

rat

395 Archiepiscopi Gnesnensis  
rat qui voluptatibus carnis re-  
nuntians, cuncta sua desideria  
per disciplinæ cœlestis custodiam  
calcat; ut nibiliā quod caro blādi-  
tur libeat, nihil quod carnalem  
vitam trucidat spiritus perhorre-  
scat.

## CAPUT XLI.

Amor erga proximum & prædi-  
catio eius.

**Q**UAMVIS autem nuncium Ar-  
chiepiscopali dignitati, &  
solicitudini, prorsus remisisset,  
non tamen curam salutis proxi-  
morum penitus abjecit, repu-  
tans an̄imo præcipui amoris in  
Deum

Deum tesseram dilectione proximi aestimari, ac proinde Petrum prius à Christo de amore sui examinatum, quam ei oves pascendas commisisset; ut veræ charitatis, ovium pastio sit evidens argumentum. *Etenim quisquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit pascere, summum Pastorem convincitur non amare.* Evidem fuit iam aliis populi Dobrovensis pastor, quē Bogumilus postquam culmen Archiepiscopatus adiisset, instituerat: ut sacramentorum administrationi aliisque Parochialibus officiis incumbens fructus Curioni fundatione adscri-

ptos

367 Archiepiscopi Gnesnensis  
ptos, perciperet; tamen si qua  
in re illius opera uti vellet Pa-  
rochus, eam impendere humi-  
lis eremita minime recusabat.  
Prædicationi Verbi Dei de li-  
centia ipsius eò ferventiùs in-  
stitit, quò dulciores immissio-  
num cœlestium voluptates, in  
eremo fuisse expertus; & men-  
te sæcularibus expedita negoti-  
is, supremorum bonorum con-  
siderationi liberiùs intenderet.  
Prodibat ex eremo, tanquam  
Joannes ipse vitæ anachoreti-  
cæ severitate metuendus Ma-  
gister, pallebat os confessum  
iejuniis, emaciatus diuturnis  
vigiliis pendebat vultus, frons  
cute

cute contracta, caperatos lyra-  
bat fulcos, dejecta supercilia  
in terram vergebant, oculi tan-  
quam è profundioribus promi-  
nentes cavernis, ora vultusque  
intuentium obliquo splendore  
feriebant, intonsum caput, &  
mentum, rigore pilorum hor-  
rebat, ipsa vultus, exuccique o-  
ris composito, in viro Dei, pœ-  
nitentiam populo anunciabat,  
quem tanta spiritus vehementia  
& vocis contentionе, à vitiis  
deterrebat, ut plurimi auditorū  
in lachrymas resoluti, seriam e-  
mendationem vitæ proponen-  
tes, ab eius contione reverterē-  
tur. Exultabat spiritu, quoties  
dulces

399 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
dulces fructus ex horridis pœ-  
nitentiæ spinis, in conversis pec-  
catoribus colligebat: gratias a-  
gens summo rerum moderato-  
ri, quod sibi vasa fæcibus cali-  
cis Babyloniæ meretricis va-  
cua, providisset simplicium ru-  
sticorum, corda voluptatibus  
mundi destituta, ab inquinamē-  
to peccatorum asperis laborib⁹  
mundata, in quæ pretiosissimū  
balsamum Spiritus sancti uncti-  
onis infunderet. Fervebant di-  
vinæ charitatis amplitudine di-  
latata præcordia & ex iis, in au-  
dientium animos flammeus ar-  
dor erumperebat qui crebra la-  
crymarum ab oculis conciona-  
toris

toris manantium aspergine ir-  
roratus, vastum sacri amoris  
excitabat incendium. Multi  
percutientes pectora sua, & in  
amaritudine animæ recogitan-  
tes delicta juventutis, domum  
redibant, quæ in ordinem dige-  
sta in aures Confessarii, maxima  
cordis contritione promebant.  
O quot lachrymantium audita  
suspiria in voces prodeuntia lu-  
etuosas! Eheu infelix ille dies,  
quo te Deum meum offendii!  
quo siliquis mundi prodigus fi-  
lius æterna bona permutavi.  
Rumpantur dolore viscera mea  
quia peccavi nimis, doleo Do-  
mine Deus, doleo vehementer

401 Archiepiscopi Gnesnensis  
quia peccavi nimis: ô amor me-  
us, à quo descivi! Et nunc Do-  
mine Deus meus, fac mecum  
secundum magnam misericor-  
diam tuā, quia tibi cor meum,  
& voluntas patet: quia doleo,  
quod te quem super omnia a-  
mare debeam, gravissimè offer-  
di: propono amplius non pec-  
care, omnes occasions cum  
tuo adiutorio peccandi, devi-  
tare, voluntatem tuam implere  
quæ tibi placita sunt: exequi.  
Amo inimicos meos, qui me  
dictis læserunt, damno affecerūt  
& quomodo cōq; cōturbarūt, cō-  
dono illis omnes injurias, quia  
te amo, quia sic jussisti. Lætaba-

tur

tur quòd haberet, quibus quod ipse in solitudine de petra mel suxerat, elargiretur, & secretas eremi delicias, æternæ salutis sitibundis populis communica-ret. Nam quemadmodum ma-ter turgidis onusta uberibus , nisi lac in labra fugentis promat infantis, copiosam fastidit uber-tatem : ita vir sanctus cœlesti-bus saginatus delitiis, dolet a-nimo anxius , si non adsit cui exuberantes communicet cha-rismatum spiritualium volupta-tes. Sic celebribus ad populum festis, Sacris operaturus, & pa-bulū salutis Christi ovibus præ-biturus exibat ; quibus perfun-

403 Archiepiscopi Gnesnensis  
etus officiis, secedebat inde seruū  
& orabat turbæ confortium  
declinando. Sic Zachæus præ  
turba Jesum videre non poterat.  
Sic Elias à facie Jesabel fugiens,  
& in spelunca per dies quadra-  
ginta delitescens, præsentem si-  
bi Deum habere meruit. Sic  
Moyses ab humana societate  
per dies quadraginta semotus,  
legem digito scriptam obtinu-  
it. Quemadmodum etenim,  
qui pretiosum liquorem in vase  
vitreo, aut alioqui fragili por-  
tat, omnem populi frequentia,  
& turbæ tumultuantis occursu,  
fastidit: ne in æstimabile munus  
importuna curiosorum contre-  
statio-

Etatione perdat: ita viri contēplationi dediti, fugiunt turbulentos hominum cōetus, huc illic suis cupiditatibus titubantes, & circumactos; ne in discretis ardelionum curiositatibus, nullis comparandi thesauris, Spiritūs sancti balsami, vase fracto, effusione, damnum irreparabile patiantur.

C A P U T XII.

*Mors S. Bogumili.*

**I**Ta cum in asperioribus exercitationibus Eremitarum, & austeriore disciplinæ Romual-

X<sub>3</sub>      dinæ

405 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
dinae observantia, per annos  
duodecim, postquam Archie-  
piscopatum Gnesensem abdi-  
cavit vitam traduxisset, & finem  
iam illius imminere levi febri-  
cula tentatus cognovisset: vo-  
catis sociis, qui in eiusdem so-  
litudinis vicinis habitabant tu-  
guriolis, pauca de cœlestium  
bonorum divitiis, brevi labore,  
ac patientia comparandis, præ-  
fatus, ac eos ad constantem in-  
studiis & occupationibus vita  
solitariæ adhortatus, ad extre-  
num se agonem oratione, ac  
crebris suspiriis disponebat, rite  
Sacramentis munitus, Beatissi-  
mæ Mariæ Virgini Deiparæ in  
cuius

cujuſ venerationem propensiō-  
re ſemper voluntate ferebatur,  
Adalberto & Stanislao, necnō  
quinque Martyribus eremitis,  
finem vitæ ſuæ religiosè com-  
mendando; quo iam instantē  
vidit gloriosam Dei Genitricem  
Mariam, frequenti Angelorum  
cœtu ſtipatam, cum puerο Jesu  
inter manus Matris hærente, ad  
præmia ſe regni cœleſtis invitā-  
tem. Regni Poloniæ, quorum  
opem imploraverat, aſſistenti-  
bus Tutelaribus. Atque ſic in  
hiſ verbis: *Jesu Fili Dei & Vir-  
ginis Mariæ, eſto ſuſcepтор animæ  
meæ præſentem vitam, cum æ-  
terna commutavit; cuius anima*

407 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
in specie columbæ candidæ, vi-  
sa est in cœlum penetrasse 4.  
nonas Junij anno Christi mil-  
lesimo centesimo octuagesimo  
secundo. Extremum sepulturæ  
honorem accepit in Ecclesia  
Dobrovensi Sanctissimæ Trini-  
tatis, in qua vivens ante & post  
**Archiepiscopatum Gnesnensem**  
laboraverat; cuius viri sanctita-  
tem plurimis Deus miraculis  
honorare dignatus est; Nam  
statim ab eius obitu, secreto  
quodā divini spiritus impulsu,  
ad visitandum illius sepulchrū,  
maxima populi multitudo, ope  
ipsius, ac meritis, in variis ne-  
cessitatibus, calamitatibus, an-  
gustiis

gustiis, variisque morbis auxilium, & solatium, à Deo perceptura confluxit; qui concursus hominum, in tanta frequentia solet continuari usque ad præsens, pro decima Junii, ut gravissimorum Senatorum testimonio, qui præsentem turbam conspexerunt, ad octo millia personarum, decem quādoque numerum, pervenisse censeretur. Ex quibus plurimi narrabant, nunquam se sine aliquo solatio, & mentis refocillatione, à sepulchro Sancti recessisse. Cùm autem sepulturæ locus in dies pluribus claresceret miraculis, Fulco Archiepiscop⁹

406 Archiepiscopi Gnesnensis  
scopus Gnesnensis successor ab  
eo quintus, qui temporibus Ale-  
xandri IV. vixit, ossa illius leva-  
vit, & ad partem Ecclesiæ me-  
ridionalem altiore sepulchro  
condidit sculpta imagine Pon-  
tificis cum Episcopalibus insi-  
gnibus super addita. Præter vo-  
tivas tabellas, cerea donaria, &  
fulcra claudorum, in utroque  
templi pariete suspensa, pluri-  
mam pecuniam ad tumbam Sá-  
cti offerebat populus, quæ tri-  
faria quotannis solebat distri-  
bui ordinatione Archiepisco-  
porum, pars una in sustentatio-  
nem Parochi, aliorumque mi-  
nistrorum Ecclesiæ cedebat;  
altera

altera pro fabrica Ecclesiæ Collegiatæ Uniejoviensis , in cuius Archidiaconatu sita est parochialis Dobrovensis, convertebatur: tertia pro templo in honorem Sancti exædificando, reservabatur. Cera postquam usui Ecclesiæ per annum sufficiasset, reliqua vendebatur , & cumulo pecuniæ reservatæ, aggregabatur , Plurima Deus ad locum eius sepulturæ, ad laudē, & gloriam nominis sui, honorem Sancti , & utilitatem consolationemque populorum , ad opem ipsius implorandam confluentium, miracula solet operari; quorum hic unum, & alterum venit retexendum.

411 Archiepiscopi Gnesnensis

Iusserat Vincentius Cottus  
Archi-Episcopus Gnesnensis, &  
una cum Collegio Metropoli-  
tano Prælatorum, & Canoni-  
corum sanxerant, Anno Domi-  
ni millesimo quadringentesimo  
tertio, ut Venerabilis Dominus  
Albertus Parochus in Turek,  
diligenter, & fideliter signa,  
quæ per merita sancti Bogumili  
fiebant, conscriberet, & in pro-  
tocolla reponeret. Sed liber  
hic, in quo fuerunt descripta,  
incendio interiit, ut ex gravif-  
simis illustrium virorum ma-  
gnisque in Republica officiis  
Prælectorum, relationibus offi-  
tiosè iuramento confirmatis,  
eviden

evidenter constat. Unus pro multis oculatus sufficiat, ILLUSTRIS & MAGNIFICUS Dominus Sebastianus Glembocki, Thesaurarius Brestensis, annorum sexaginta quatuor iuratus, non processatus non excommunicatus, haereditariorum bonorum centum millium florinorum Polonicalium possessio, confessus, & sacra Eucharistia refectus in Ecclesia Collegiata Crucificensi, pro festo B: Mariæ Virginis Purificatæ, ad requisitionem Fiscalis Curiæ Matthiæ Lubieński Archiep: Gnesnen: ( qui cum singulari propensione Sancto addictus esset,

cujus

409 *Archiepiscopi Gnesnensis*  
cujus ossa in Urnam Stanneam  
depositum: Volebat librum mi-  
raculorum per ipsius merita e-  
ditorum divinitus, typis Orbi  
Christiano propalare; magna e-  
nim & plurima ibi fuisse de-  
scripta inaudierat, maxima di-  
ligentia librum conquisivit) ita  
interrogatus, depositum. Plurima  
inquit miracula à Sancto Bogu-  
milo facta scio; nam librum de-  
scriptorum diligenter, à ducé-  
tis, & ultra annis habui, qui cū  
incendio palatii mei in Villa  
Glembokie periit; in quo re-  
cordor quod plusquam ducent  
claudi, sanitatem receperunt,  
per intercessionem ipsius, & su-

cra

*Vita S. Bogumili*

410

cra sua, quibus innitebantur in-  
signum gratitudinis, & præstiti  
beneficii, ibidem reliquerunt.  
Recordor & cœcos visum re-  
cepisse, & mortuos resuscitatos  
quem librum ab antecessoribus  
in ihi donatum etiam cœteris le-  
gendum præbebam. Et Peril-  
lustris, ac Reverendissimus Do-  
minus Alexander Glembocki,  
Archidiaconus Gnesnen: Deca-  
nus Posnan: Cracovien: Plocē:  
Canonicus, S.R.M. Secretarius,  
annorum sexaginta septem, ju-  
ratus, non excōmunicatus &c :  
recognovit, quod cum esset  
Commissarius ab Illustrissimo  
olim Laurentio Gembicki Ar-  
chiep-

415 Archiepiscopi Gnesnensis  
chiepiscopo Gnesnensi, una de-  
cum Illustri Domino Joanne gr-  
Kojeciewski Archidiacono Lā- in  
ciciensi, Canonico Gnesnensi, po-  
ad examen miraculorum sancti di-  
deputatus, per juratorias senum fu-  
depositiones intellexerit, præ- A  
cipuè verò ex Fausto Suski filio o  
Stanislai, qui iam centum tri- m  
ginta annos habebat, & ab alio qu  
Brictio Fastek, qui iam viges- qu  
mum quintum super centesimū  
annum agebat (uterque natus in  
Dobrovensi pago) innumerabi- ri  
lia miracula, ad sepulchrum S. ve  
Bogumili fieri continuè; pluri- xi  
mis infirmis per intercessionem fil  
illius sanitatem restitutam. Un  
de

una de claudi in signum recuperati  
ne gressus plurima fulcra, quibus

Lā innitebantur, reliquerant: quæ  
ensi, postea per Parochos uti impe-  
ancti dimenta Ecclesiæ, combusta  
num fuerunt in præsentia ipsorum.

præ. Alia plurima signa, ex cera, uti  
filio oculi, capita, pedes, & alia  
membra, à piis fidelibus relin-  
quuntur. Quoniam igitur anti-  
quorum miraculorum memo-  
ria, vel Parochorum incuria,  
vel temporum iniquitate, ma-  
xime hostium variorum incur-  
sibus, utpote Crucigerorum,  
qui per annos fere duc entos,  
maiorem Polonię populati,  
oppida & pagos crebris incen-

Y diis

417 *Vita S. Bogumiili*

diis miserrimè affixerunt: &  
Tartarorum, qui universam Po-  
loniam ferro, igneque atroci-  
ter vastarunt, interiit.

MIRACULUM I.

**R**efert Martinus Baronijs  
Clericus Jaroslaviensis Po-  
lonus, in libro quem de vita  
Sanctorum Polonorum octo  
Martyrum Eremitarum ordinis  
Sancti Romualdi Camaldulen-  
sium scripsit, & auctoritate Illu-  
strissimi Domini Bernardi Ma-  
cieiowski Sanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ Cardinalis, Archiepisco-  
pi Gnesnensis edidit. Rom-  
primùm Anno Domini Millesimo  
Sexcentesimo secundo  
Fratre Joanne Maria Verce

Archiepiscopi Gnesensis 418

lensi, Magistro sacri palatii vi-  
sum; & approbatum; deinde  
Cracoviæ anno Domini Mil-  
lesimo sexcentesimo quarto ab  
Illustrissimo Domino Claudio  
Rangonio, Comite, Sedis Apo-  
stolicæ Pauli V. Legato Episco-  
po Regii & Principe ad Sere-  
nissimum Sigismundum tertium  
Regem Poloniæ, suo robore  
confirmatum, ac tandem An-  
no Domini Millesimo sexcen-  
tesimo octavo, per Reverendum  
Dominum Andream Schoneum  
S.T. & utriusq; Iuris Doctorem,  
pro tunc universitatis Craco-  
viensis generalis studii Rectorē,  
ut in lucem ederetur admissum:

2Y

im-

419 *Vita S. Bogumili*  
impressit Cracoviæ Basilius Skal-  
ski, Anno Domini Millesimo  
sexcentesimo decimo.

Quodam tempore, pius erga  
Sanctum Bogumilum vir, Sta-  
nislauſ Vach Civis Colensis cur-  
rum panno nimis oneratum,  
sex trahentibus equis, ducebat  
dumque propè villam Dobro-  
vo, ubi corpus sancti Archi-  
episcopi quiescit, pergeret, unus  
equorum pressus onere occubu-  
it; cui postquam illico fecit de-  
trahi coreum, muneris loco  
illud Ecclesiæ Dobrovensis  
Sacerdotibus obtulit, petens  
ut sanitatem reliquorum sancto  
Bogumilo commendarent; ipse  
interim flexis ad sepulchrum

ei⁹ genibus DEI protectionem  
incepto itinere, per merita  
sancti Præsulis diligenter im-  
plorabat: dum finita oratione  
digreditur ab Ecclesia, equus  
ille ( mirum dictu ) ad fores  
templi adstitit hinniens, quem  
dominus actis DEO pro tanto  
beneficio gratiis, latus recipit,  
iunxit currui, viam feliciter  
prosecutus est. Mirabilia DEI  
opera, meritis sancti Bogumili  
sibi præstata, omnibus per  
omnem viam, prædicans. Sa-  
cerdotes ut tanti miraculi pe-  
rennaret memoria, pellem sibi  
donatam foribus Ecclesiæ affigi  
curarunt; anno Domini Mil-  
lesimo trecentesimo nonagesi-

mo sexto. Atque hæc prodigiosa equi suscitatio, & in crebrescentia ope sancti miracula quæ diligenter connotari iussit, movit Archi-Episcopum Gnesnensem, postulante præsertim Metropolitano Senatu, Vincencium Cotum ut in eius honoré Ecclesiam de latere copto de oblationibus ad illius tumbam fieri solitis, cum omnium Prælatorum, & Canonicorum unanimi assensu, ædificare studeret.

Vidi ego, sepulchrum Sancti visitans, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto corium hoc nucrini

rini coloris, foribus Ecclesiæ affixum, quod populus, equos, & alia jumenta patrocinio sancti Bogumili commendans scindere usitatum habebat, animantibus in medelam propinans. Nulla iam ad praesens corij cernuntur vestigia, in medicinam iumentorum distraeti. Durat haec tenus vicinorum populorum ea devotio, ut quoties ad visitandum sepulchrum sancti conveniant, toties equos & boves circa Ecclesiam ducent precibus sancti a contagione pestilenti, & motbis aliis servatum iri suas animantes, confisi.


## II.

Per Annos 478. pagus Do-  
brovo in favillam, & cineres  
trinâ vice conversus nullum  
periculum Ecclesiæ Sanctissimæ  
TRINITATIS à viro DEI deplan-  
cis abiegnis extructæ, flammis  
undique cōpertus; attulit; ut  
nullum adustionis, vel fumi  
vicinos parietes dēnigrantis  
appareat vestigium, quod eō  
mirabiliūs evenit quò propin-  
quiores rusticanæ casæ in tem-  
plum in medio pagi situm,  
undequaque incendiorum fo-  
menta iactarent.

LAUS D E O.



O-  
res  
um  
næ  
un-  
nis  
ut  
mi  
ntis  
eò  
in-  
em-  
m,  
fo



Biblioteka Jagiellońska



str0024992



